



9378



17

65th

~~81~~

S V M M A

D O C T R I N A E
C H R I S T I A N A E P E R
• Q V A E S T I O N E S L V C V-
L E N T E R C O N S C R I-
P T A,

Nunc demum recognita & locupletata, auctore
D. Petro Canisio, Societatis I e s u Theologo, ut
ex eius noua Præfatione constabit.

Accesbit huic recognitioni auctoritas, decretum & prival-
gium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hisp.



C V M L I C E N T I A.

Salmanticæ Excudebat Mathias Gastius.

M . D . L X X .

Impensis Vincentij à Portonarijs.
Esti raffaldo en

НАИЯТО
БАНДЕ ЗАКАТЕВАНИЕ
СВЯДОВАНИЕ
ЛЕНСКИЕ

БАНДЕ ЗАКАТЕВАНИЕ
СВЯДОВАНИЕ
ЛЕНСКИЕ



Licencia.



ON Phelipe por la gracia
de Dios Rey de Castilla, de
Leon, de Aragon, de las dos
Sicilias de Hiérusalē, de Na
uarra, de Granada, de Valen
cia, de Galicia, de Mallor
cas, de Seuilla, de Cerdeña,
de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los
Algarues, de Algecira, d' Gibraltar, Duque de Mi
lan conde de Flandes, y de Tirol. &c. Por quanto
por parte de vos Gaspar de Portonarijs merca
der de libros vezino de Salamāca, nos fué fechare
laciō diziēdo q̄ vos queriades hazer imprimir un
libro intitulado Catechismo de Canisio, que era
muy útil y prouechoſo y auia falta del, y nos pedi
ſteſ y ſuplicasteſ vos mandassemoſ dar licencia
para ello, o como la nueſtra merced fuelle, lo qual
viſto por los del nueſtro conſejo: por quanto en
el dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragma
tica por nos agora nueuamente fecha diſpone, fue
acordado que deniamos mandar dar esta nueſtra
carta en la dicha razón, e nos touimmoſlo por bien:
por la qual vos damoſ licencia y facultad para que
por esta vez podays hazer imprimir en eſtos nue
ſtroſ reynos el dicho libro q̄ de fuſo dicho ſe haze
mēcion ſin por ello caer ni incurriſ en pena algu
na, y mandamoſ q̄ la dicha imprefciō ſe haga del di
cho libro original, que van rubricadas todas las

Licencia.

hojas y firmado al fin de Iuan Fernandez de Herrera nuestro Secretario de camara de los que residen en el nuestro consejo, y que despues de impresso no se pueda ver ni veda sin q̄ primero se trayga al nuestro consejo juntamente co el dicho original para q̄ se vea si la dicha impression esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder ver siendo ante todas cosas tassado en el nuestro consejo el precio a q̄ se vuiere de ver cada volumen, sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática y leyes de nuestros reynos y mas de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veinte y un dia del mes de Noviembre, de mil y quinientos y sesenta y nueve años.

D. Cardinalis
Segunt.

El Doctor
Diego Gasco.

El Licenciado
Pedro Gasco.

El Licenciado
Menchaca.

El Doctor
Durango.

El Licenciado
Iuan Thomas.

Yo Iuan Fernandez de Herrera Secretario de camara de su Magestad la fiz escreuir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.

PHILIPPO II.
HISPANIARVM RE-
GI CATHOLICO, REGVM
OMNIVM MAXIMO ET PO
TENTISSIMO.
(?.)



V V M ante aliquot annos ingēti cum labore: tú sumptu ferè intolerabili artem Calcographicam in vrbe tua Andouerpia , emporio omnium totius orbis celeberrimo , ornandā suscepissem , quod hæc sola huius ciuitatis ornamenti deesse videretur, saepe multum-que cogitaui quā maximè occasionem repe- rire possem:qua patrocinium maiestatis tuę supplex impetrarē,quo ad hāc artem , si quā ad aliā in primis opus esse scirē . Medicinam quia homines prisci talem esse intelligebāt, vt si quis bene rectaq; ratione & via ea vte- retur corpora mortaliū perinde atq; manus quædam diuina adiuuaret: si quis cōtrā im- peritè & perperā eavfus esset,nō aliter quām pestiferum venenum homines extingueret,

Apollinē artis præsidem cōstituerūt, vt eius
præsidio atq; ductu feliciter, luculētoq; cor-
porū adiumēto exerceretur. Sic etiā hac æta-
te nostra in Calcographica, quod vſu venire
posse videā, vt quæ ad animos hominū pru-
dentia, sapiētia, atq; religione pascendos, for-
mādosq; est cōparata, ea tota seruiat ad infi-
ciēdas corrūpendasq; mētes stoliditate, insa-
nia, atq; impietate, summopere necessarium
esse semper existimauit præfidiū huic arti quę
rere, cui innixa atq; stabilita nūquā vacillet,
aut à recto declinet. Quem verò huic arti, cu-
ius vſus est diuin⁹, abusus reipub, pernicies,
potiore præfidē & auspicē, tū etiā ducē atq;
Imperatorē reperire queā in toto hoc orbe,
quām te potentissime Rex, cuius imperiū ad
ipſos vſq; Antipodas infinitis maris atq; ter-
rarū spatijs exporrigitur, & qui nomen Ca-
tholici à maioriibus acceptū optimè tueris,
& ab ipsa Italia, & Germania per totum oc-
cidentem ad primos orientis Solis cardines
promoues: adeò vt speremus breui, pro ra-
tione Catholici nominis, totam mundi vni-
uersitatē fore nominis huius audientē. Acce-
do igitur te, quo labores, conatusq; meos,
tum patrocinio & fauore, tum testimonio
etiā tuo ad Christianæ religionis decus atq;
vtilitatem posthac promouere ac incitare di-
gneris,

gneris , & tueri etiam aduersus maleuolorū
& inuidorū morsus, qui ferè, vt curculiones
frumēto, ita virtutibus præclaris semper insi-
diātur . Sed quia lege Persarū vetitum fuisse
legimus , ne quis Regem citra munus acce-
dat, imitabor eius gentis, non legem modò,
sed singulare etiam, & sæpius laudatū exem-
plum, quod Græci scriptores memoriaz
darunt de rustico quodā qui çasu Artaxerxi
obuius, nec quicquā parati muneris habens,
aquā ambabus manibus è proximo flumine,
cui Cyro nomē effet, hauſtā obtulit bibēdā:
quo munere nō solūm gauifus est rex , q̄ ex
inopinato prudētem illā promptamq; homi-
nis volūtatem cerneret, sed eò etiam , quòd
aquam munus hominibus, vt Pindarus ceci-
nit, optimum dedisset: atq; illam aquam de-
disset , de cuius nominie admoneretur re-
gnum sibi sic gubernādum esse, vt Cyri lau-
datissimi Regis & virtutes, & felicitatem af-
sequi contenderet. Offero igitur & ego opti-
mum omnium eorū quæ habui, fundamen-
tum Catholicæ fidei, in cuius muneris nomi-
ne, cùm nomen tuum agnoscis, commoneri
poteris , quæ sunt Regis Catholicī partes,
quæque sit vitæ regula tuenda , tum ad hu-
iūs æui, tum ad futuri solidam perpetuamq;
felicitatē, quam oro vt Deus vniuersorū con-

ditor & redemptor tibi, tuisque omnibus
concedat & efficiat ut progressu actuque im-
perij tui hostibus etiam communicetur, ut
sicut Rex Catholicus diceris: ita Rex
sis totius hominum vniuersitatis.

Antuerpiæ, Pridie Idus Iu-
nij, Anno Domi
ni

M. D. L X V I.

T. R. C. M.

Humillimus serulus

C. Plantinus.

A D S E N A-
T V M P O P V L V M -
Q V E C O L O N I E N S E M
P E T R I . C A N I S I I
T H E O L .

P R A E F A T I O .

MITTO ad vos Catechismum, siue, ut ego dicere malui, Christianæ doctrinæ summam, Lectissimi am plissimiq; Viri, opus quidem puerile, ut nonnulli fortassis existima būt & ante hac saepius editum: sed quod viros etiam exerceat, & cui supremam ego manum nunc tādem impono. Cūm autem ante decēnum Viennæ versarer, & laudatissimo Regi Ferdinandō, qui postea Cæsar declaratus est, a sacris essem concionibus, hoc ego qualecunque opus, vt ingenuè fatear, eodem Principe sic postulante cōscri ptum, in lucem primū dedi. Causas edēdi repetere nō attinet, vt quas optimus ille Mæcenas in suo vel diplomate, vel edicto, quod operi præfixū exstat in medium profert. Neque mihi hoc vitio verendum puto, quòd idem liber absque auctoris nomine prodierit sape: & si postea Veneti & Galli, dum opus recudunt, me quidem inscio, nomē meū adscriperunt. Ego vero talis tantiq; Principis, qui facile primas in Germania tenebat, tum auctoritate tum mandato cootentus, Deo magis quam hominibus conatum hunc nostrum comprobare vo-

Iebam . Nam & nominis expressi additamento in
futurum prouidebam , vt multorum in me odia con-
citarem , & virulentos calamos acuerem . Adeò ni-
hil ferè tam exactum & elaboratum nunc editur ,
quin Momos ilicò reperiat , & crabrones vltò irri-
tentur . Neque sanè mea mefetellit opinio : quod ve-
tebar euenire . Ita neq; nomē studiose suppressum ,
neque seruata vbique stili modestia , cùm s̄epe ad-
uersarios iā sectari potuisse , profuit , quo minus
clam palā huius laboris ergo morderer atque pro-
scinderer , Christo interim Opt. Max. qui & ipse
cūm ageret optimè , audiuit à suis pessimè , gratias
ago singulares , quòd me dignum fecerit latratisbus
atque morsibus sectariorum , præsertim quorum iā
damnata est , & posteris execranda erit memoria in
Ecclesiā Dei , horum saeuas in me sententias & ini-
quas damnationis leges surdis veluti auribus præ-
tereo . Etenim ab Ecclesiæ Catholicæ hostibus , mul-
tarumq; hæresum patronis reprehendi , quid est
aliud quæso , quām commendari , & bonum Eccle-
siæ ciuem magis magisq; bonis omnibus compro-
bari . Nos quicquid hīc scripsimus , non quæstus ,
mercedis , aut gloriæ cupiditate pellesti , non homi-
nis odio vel amore prouocati , sed quod sanctè iu-
rare possumus . Religionis & veritatis illustrandæ
studio permoti , & ab illo Cæsare impulsi sic scripsi-
mus ut Catholicorum , & præcipue Germanorum
commodo publico inseruiremus . In scribendo au-
tem non sanè nostrum , aut ullius priuatum , sed cō-
munem Ecclesiæ Catholicæ sensum & consensum
secuti sumus , ac sequi porrò ex animo desidera-
mus . Si quis verò est imbecillior , quām qui aduer-
sariorum iniquam de libro censuram possit negli-
gere , hic primum cogitet secum causam quæ op-
pugnatur ,

pugnat, cum vniuersa Ecclesia, quæ catholicæ nō
men meretur, nobis esse coniunctam: deinde ma-
iora & plura quidem nobis fauere quam obstat
suffragia intelligat. Loquor autem de ijs testibus,
quos omni exceptione maiores Cæsar in sua præfa-
tione produxit, nimirum principes, Magistratus,
Curias, Gymnasia: nam ab his librum eundem stu-
diosè legi legendumq; proponi, & publicè defen-
di, nobis etiam tacentibus passim res ipsa declarat,
Verum imprudenter ago fortasse qui sanctæ sim-
plicitatis oblitus, hæc persequor, velut satis non
habeam Ecclesiæ sanctæ auctoritate fulciri, sed ho-
minum quoque fauore & iudicia morer. At cupio
sanè, quoad eius fieri potest, infirmorum vitare of-
fendiculum, & prouidere bona (vt Paulus iubet)
non solùm coram Deo, sed etiam coram homini-
bus. Igitur veniam ab omnibus, qui rectè & candi-
dè iudicabunt, me haud grauatim impetraturum
confido, quod in hac editione nomen meum profi-
tear, cum idem in exemplaribus non paucis iam
antè (vt dixi) editis circunferatur, cum & Cæsar
hoc aperte in suo edicto expresserit, cum demum
& lege sit cautum ecclesiastica, vt liber nullus abs-
que auctoris nomine & inscriptione probetur. Cæ-
terum in hac editione, aut potius operis recogni-
tione, ingenuè fatebor id accidisse mihi, quod alijs
sæpe doctoribus vsu venire solet, vt ad sensum il-
lustrandum iuuandumq; lectorem nonnulla immu-
tauerim, multa etiam adiunxerim. Quod studium
æquis quidem censoribus molestum esse non po-
test, vt qui re ipsa sæpe comperiunt, haud temerè
iam olim dictum esse illud: Posteriora confilia me-
liora. Quanquam per nos etiam licet, si quibus ita
iubet, vt prior editio retineatur. Nam vtranque
Catho-

Catholicam, & in astruenda veritatis doctrina consentientem esse, docti deprehendent. Accedit porro huic editioni tractatio, eaq; momenti nunc sanè maximi, de hominis lapsu & iustificatione, quæ admodum Tridentina Synodus grauissimè docuit ac prescripsit. Nos veluti lac paruulis prebuimus, dum prima & faciliora Christianæ doctrinæ seu capita seu elementa percurrimus. A lacte porrò ad solidiorem cibum, hoc est, à Catechismo ad præclaratam & absolutam hanc de Iustificatione doctrinam sunt adducendi, qui velut ephœbi in Christo grandescunt, & sublimiora quædam pietatis dogmata possunt capessere. Nec video sane, quid tanta de re grauius, commodius, absolutius & necessarium magis in medium posset adferri, quam quod est à Synodo dicta profectum, nimirum ut veritatis de Iustificatione doctrina, quæ maximè oppugnatur, sincerè conseruari, ac integrè defendi queat.

Sed iam tempus est, ut ad vos redeam Præstantissimi Viri, qui rem vestram quidem humanitate dignam, mihiq; pergratam feceritis, si opus hoc recognitum, ut dixi, multisq; in locis locupletatum, quod reuerenter à me nomini vestro nuncupatur, & qui boniq; consulatis. Neque vero mihi de sunt causæ huius nuncupationis. Primum enim cū piebam obseruantiae ac gratitudinis erga vos meæ testimonium aliquod exhibere, ut qui multis annis in spectata Republ. vestra versatus, cum liberalium artium, tum sacræ Theologiae studijs apud vos operam dederim. Adhac Catholicum opus eiusmodi Patronis vel maximè commendandum erat qui de re Catholica præclare meriti, ingenitem suæ pietatis ac defensæ religionis gloriam es- sent consecuti. Vbi non prædicabo, ut sane possem,

sem, Rempubl. vestram, quæ non frustra tot seculis hoc insignitur elogio, ut inter Germanicas omnes iure quodam suo dicatur, & sit FELIX Agrippina Colonia, sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelis filia. Parùm sit, Vrbem vestram in Romano imperio nulli secundam sanctorum Martyrum sanguine mirifice consecratam, fortunis ac opibus abundantem cernere. Mirentur alij vetus apud vos gymnasium, & celebre emporium. Ego verò in primis hoc nomine vobis gratulādum, summafque summo Deo gratias agendas esse duco, quod Apostolico præconio iam olim Romanis delato vos quoque dignos redditis, ut fides vestra in vniuerso mundo annūcietur. Igitur, ut autam certam & integrā religionē conseruetis, quo nihil habetis aut sanctius aut antiquius, impijs quidem nō uationibus, ac prophanationibus nullum iu Republ. vestra locum relinquitis, sectarios autem horumq; conatus, qui vobis sāpe insidiuntur non minus prudenter quam fortiter profligatis: tum præclaro vestrae pietatis zelo id perficitis, ut cum aliibi passim distracta sint religionis studia, & sectæ inter se prorsus disiectæ pestilenter vigeant, tamen apud vos cor vnum & anima vna, vnum etiam ouile sub uno pastore usque perseveret. Ita demum re ipsa declaratis, haud temere dictum esse, quod auctor vetustus, & veritatis comprobandæ, magis, quam stili ornandi studiosus memorie prodidit, cum Vrbem vestram his verbis iam in Ecclesiæ vestrae usum receptis, commendauit: Postquam fidem suscepisti Ciuitas prænobilis, recidina non fuisti, sed in fide stabilis. Inuideant hanc vobis felicitatem illi, qui depositum à Paulo commendatum non custodiunt, sed in aliud quoduis Euāgelium, quamquod Apostoli

stoli annunciarunt, transferri se patiuntur, neque
rarò fidem perinde ac monetam commutant. Dei
immortalem ex animo precor vobis, vt hanc gra-
tiam & fidei constantiam, qua prælucetis
Germaniæ, perpetuam esse velit. Co-
loniæ Agrippinæ ferijs Epipha-
niae Domini. Anno Vir-
ginei partus

1566.

EXEMPLVM
EDICTI CAE S A-
REI, SIMVL OPERIS HV-
IVS EDITI, ET NVNC PO-
stremò recogniti rationem
complectens.

Ferdinandus diuina fauente
clementia electus Romanorum Im-
perator semper Augustus, ac Ger-
maniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalma-
tie, Croatie, Sclauoniæ, &c. Rex,
Infans Hispaniarū, Archidux Austriæ, Dux Bur-
gundiæ, &c. Marchio Moraviae, &c. Comes Ty-
rolis, &c. Vniuersis ac singulis fidelibus nostris
tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, Prælatis, Co-
mitibus, Baronib. Dominis, Militibus, Clientibus,
Capitaneis, Marscalcis, Prouinciarum Præsidibus,
Vicedominis, Præfectis, Burggrauis, Officialibus,
Iudicibus, Burgimamistris, Consulibus & Commu-
nitatibus, omnibusq; alijs & singulis subditis & fi-
delibus nostris prouinciarum nostrarū, cuiuscūq;
gradus, status, ordinis, conditionis & dignitatis ex-
titerint, gratiam nostram Cæsaream, & omne
bonum.

MAGNO cum animi nostri mœrore perpen-
dimus & videmus, quibus hodie, quantisq; moti-
bus

EDICTVM

bus & periculis orbis Christianus undique concutiatur: potissimum verò miserandus ille status negligētæ, adeoq; contemptæ pañim religionis sæpe multumq; nos & pios omnes discriuat. Quia qui dem religione, vt nihil est sanctius in terris, ita præclarior ac firmius Reipub. ornamentum ac robur esse nullum potest. Atque idcirco malarum artium nefarius artifex, sanctæ Ecclesiæ, bonoruq; omnium hostis atrocissimus Sathan, quantum humanio generi præsidij in vera religione positum sit minimè ignarus, annis ab hinc multis causam religionis pañim oppugnat ac perturbat: ita vt maioribus viribus & copijs, frequentioribusq; dolis ex fraudibus, uno eodemq; tempore ipsam ante nunquam oppugnasse videatur. Nec desint adhuc satellites quosdam & ministros suos, qui editis suis libellis omnia impietatis studia foueant, disseminent ac propagent, subornare: partim, vt qui à religione Orthodoxæ semel defecere, in erroribus & sectis, quibus se addixerūt, confirmentur: partim, vt qui etiamnum in tutissimis Ecclesiæ Dei castris perdurant, hinc seducti, factionum discipuli, & religionis nostræ Catholicæ deserto res flant. Inter hos autem libellos, quorum ingens ubiq; prouentus est, non parum virium ad religionem euertendam habent Catechismi (sic enim appellant) qui sæpe tum breuitatis, tum verborum elegantia, & methodi specie commendati egredi

C A E S A R I S.

giē fallunt, & imperitam illam nobilemq; iuuēna-
tutem veritatis sinceritati natam grauiter vitiant
atque corrūpunt. Dum enim ex istorum libel-
lorum lectione venenum, ipsa dulcedine blan-
dum, simplicibus & incautis sumendum prae-
betur, priusquam id sentiant, eorum animi nouis
& pestiferis opinionibus quas euellere postea sit
difficillimum, deprauātur. Vnde fit, ut eo doctrinā
næ fermēto semel infecti, Catholice fidei, & san-
ctæ matris Ecclesiæ dogmata et instituta venerāda
negligant, fastidiāt, atque nonnūquam etiam per
contēptum oppugnant. Qua quidem in re, si quid
consilijs, monitis, iussis & edictis publici Imperia-
tore et Principe Christiano dignis, profici potuit.
Nos profectò, cùm ad ista impietatis studia profligāda,
tum ad sacrosanctæ religionis nostræ Catho-
licæ iura retinenda, officio nostro minimè defui-
mus. Attamē grassatur indies magis ac magis hæc
foeda lues, nouiq; subinde ac nobis illecebris infea-
cti prodeunt Catechismi spargūtur, legūtur, pro-
ponuntur in scholis, maiore sanè periculo, quam
simplices pueri & creduli improuidiq; adolescen-
tes, imperitiq; homines, et pleriq; omnes istiusmo-
di præceptores sentire aut iudicare queāt. Quod
igitur in graui morbo boni Medici, in exorta tem-
pestate fidei naucleri faciūt, à nobis alienū non esse
existimauimus, ut præsentissima nobisq; ob oculos
posita atque prospecta longè grauissima peria-

EDICTVM

cularatione quadā aut depellamus omnino, aut saltem quoad Deus potētem manū suam admouerit, mitigemus. Quāobrem matura super his delibera-
tione habita fidelibus nobis subiectis populis salu-
berrimū fore duximus, si in tanta dogmatū & se-
ctarum varietate Cathechisticæ doctrinæ librum,
qui Orthodoxus sit, cōscribi simul & fidelibus no-
stris populis euulgari cōmendariq; unicè curare=
mus: Ad quod Catholicum opus cōscribendum, in=
ter alios non dubiæ fidei & doctrinæ viros hono-
rabilem, religiosum, deuotum, nobis dilectum Pe-
trum Canisium sacræ Theologiæ Doctorem dele-
gimus, & cum ab eo fuisse cōscriptum, aliorum
etia, quos nō solum sacrosanctæ Theologie scien-
tia, verū etiam vita innocentia & integritate
perspicuos esse constat, iudicio, & censuræ subie-
cimus: quò certiores essemus, ne auctoritate no-
stra in lucem quicquam prodiret, quod Euangeli-
æ doctrinæ, & sanctæ catholice Ecclesiæ ullo
modo aduersaretur. Posteaquam verò Dei Opti-
mi Maximi gratia factū est, ut cōmemoratus li-
ber magno ubiq; doctorū & procerū quoque Ca-
tholicorū applausu exceptus, in varias etiam lin-
guas conuersus, s̄aepēque apud exterorū recusus, et
in Gymnasijs publicis simul ad docēdum & discē-
dum propositus fuerit, existimauimus nos non abs-
re facturos, si eundē Catechismum ab auctore de-
denō recognitū, non solum rursus typis euulgari
alio curaremus,

C A E S A R I S.

curāremus, verū etiā pro rudiorū captu in quod-
dam compendīū redigi iuberemus: ac fidelibus no-
stris populis denuò auctoritate nostra cōmendare
mus: ac insuper utriusque tā maioris quam mino-
ris editionē nostro & sacri Imperij fideli, dilecto
Materno Cholino Typographo Colonieñ. demāda-
tam benigno nostro fauore & priuilegio aduer-
sus sinistras æmulorū artes tuēdam et fouēdam su-
sciperemus. Inhibēdo, ne quis aliis eundem hūc li-
brū ante exactū integrū decenniū imprimere, vel
alibi impressum venūdare audeat, sub pœna decē
marchiarum auri puri. Mandantes idcirco vobis
prædictis omnibus, & singulis, præcipue verò ijs,
qui nostro nomine & loco iuris & iustitiæ admi-
nistrationem in prouincijs nostris exercent, ac in
magistratu cōstituti sunt, ut hunc Catechismum
solum, nullūq; aliū per Ludimagistros, Præcepto-
res ac Pædagogos pueris in scholis publicè, aut
priuatim proponi, prælegi, edificeđumq; tradi, ma-
gnoperè curetis: atque omnino efficiatis quatenus
cūm vos, tum ipsi grauiissimam indignationem no-
stram, aliasq; pœnas delinquentibus, & huius edi-
cti nostri contemptoribus pro arbitrio nostro ir-
rogādas volueritis evitare. Hæc enim est expre-
sa mens & voluntas nostra. Datum in ciuitate no-
stra Vienna, die. x. mensis Decembris, Anno Domi-
ni M. D. LX. Regnum nostrorum Rom. xxx.
aliorum verò. xxxiiii.

EDICTI REGIS
PHILIPPI DE HOC
VNICO LEGENDO CA-
TECHISMO.

PHILIPPVS Dei gratia
Rex Castellæ, Legionis, Ara-
gonum, Angliæ, Franciæ, Na-
uarræ, Neapolis, Siciliæ, Ma-
ioricarum, Sardinie, nec non
insularum Indiæ & Terræ
firmæ, Maris Oceani: Archi-
dux Austriae, Dux Burgudiæ, Lotharingiæ, Bra-
batiæ, Lymburgi, Luxemburgi, Geldriæ et Medio-
lani, Comes Habburgi, Flædriæ, Arthesiæ, Burgu-
diæ: Palatinus Comes Hannoniæ, Hollædiæ, Zelan-
diæ, Namurci, & Zutphanie, Princeps Sueviæ,
Marchio sacri imperij, Dominus Phrysiæ, Salina-
rū, Mechliniæ ciuitatis, ac Vrbium, et regionis Tra-
iectinæ citra & ultra Iſulam, & Groningæ, Do-
minator Asiae ac Aphricæ, &c. Vniuersis nostris
locum tenetibus, Gubernatoribus, Præsidibus, Can-
cellarijs, Consulibus, Balliuis, Præpositis, Prætori-
bus, Scultetis, Iudicibus, Iusticiarijs, Officialibus
& eorum vicem gerentibus, Gratiam nostram Re-
giam ac omne bonum.

cum

EDICTVM

Cum hisce periculis temporibus tantoperè nihil exoptemus, quām uti omnes homines, maximè verò populi nobis subditi, Diuina fauente clementia, quietam, compōsitam ac tranquillam vitam transigant: atque huic nihil eque obstat di scordia variarum ac pernicioſarum opinionum Christianæ religionis, omnibus in confesso sit & nobis compertum: maturo consilio, huic morbo occurrentum, adeoq; id in primis nostri officij esse animaduertimus. Quare excitis præclaræ vndeique eruditionis ac sinceræ in Deum fidei viris, nec non vita transactæ innocentia & integritate claris, cum eis consilium hoc nostrum serio contulimus, ut quid factio in tam graui negocio opus esset, nobis liberè referrent. Illorum sententia auditæ, arbitramur, magni momenti esse, si rectis ac orthodoxis studijs à pueris tenella illa ætas imbuatur, ac catholica fundamenta fidei sedulò deceantur, illorumq; animis instillentur. Quo recens est imbuta semel, seruabit odorem testa diu. Cuius nobis proh dolor, graue satis exemplum hisce posterioribus annis aduersarij nostræ religio nis exhibuerunt. Quos certum est summam semper dedisse operam, ut incautam iuuentutem, quæ per ætatem à felle sibi præcavere male posset, subornatis ac didacticis Catechismorum doctrinæ inescarent, varijs, nouis, inauditis animos eorum captantes, ac opinionibus seducentes: qui al-

E D I C T U M

tius inserti, iam profundis actis radicibus, ægre extirpari ab adultis quæunt. Quare operæ premium videbatur, nostrorum hominū animos, quasi salubri antidoto orthodoxo ac pio Anticatechismo, præmunire. Cùm id omnino facere deliberasse mus, ac doctos Theologos, ut id muneris susciperent, grauiter hortaremur, illi nullum commodio rem librum tradi posse, nec magis utilem affirmarunt Catechismo Patrui nostri charissimi Ferdinandi Romanorum, Hungariae & Bohemiae Regis, quem ille haud ita pridem sua auctoritate suis tenendum proposuit. Insuper eius tantam censebant libri esse puritatem atque doctrinam, ut qui iuxta hanc normam fidem ac mores suos instituerit, Deo haud dubie placeat, & æternum præmium certò sperare queat. Proinde huc Catechismum Belgica Gallicaq; lingua traductum nobisq; eximie commēdatum auctorisamus, nostrosq; subditos, ut diligenter euoluant, sepositis aliorum consimilium Catechismis, adhortamur: Mandantes vobis prædictis omnibus ex singularis, ut hunc Catechismum tantum, nullumq; alium per Ludimagistros, Rectores, Pædagogos in scholis publicè vel priuatim proponi, prælegi, ediscendumq; tradi curetis: quatenus nostram censuram ac grauem indignationem aliasq; poenas, arbitrio iudicum nostrorum irrogandas

R E G I S.

das deuitetis. Hæc enim nostra Regiamens sum=
maque voluntas est. Datum in ciuitate nostra
Bruxella , die decima sexta mensis Decembris,
Anno incarnationis Domini. M. D. L V I I . Re=

gnorum vero nostrorum videlicet Hispaniarum,
Siciliæ, &c. I I . Angliae autem, Franciæ, & Nea=

polis. I I I I .

Subscriptū erat per Regem,
& subsignatum.

D'ouerlope.

QVOD

QVOD Iesu Christo sem
per gratū forman-
dis piè animis salutare, Chri-
stianæ Reip. & posteritati cō-
modum sit: iussu & auctorita-
te singulari opt. maximorum
que Principum, D. Ferdinan-
di Augusti Cæsar is. & D. Phi-
lippi potentissimi Regis, pro-
ponatur, legatur & te-
ratur Catholicus
hic Catechif-
mus.

CAPUT PRIMVM DE FIDE ET SYM- BOLO FIDEI.

I.

Quis dicendus est Christianus?



VIIES V CHRISTI Actor.ii.d
veri Dei & hominis, saluta-
rem doctrinam in eius Eccle-
sia profitetur.

Omnis proinde cultus &
sectas, quae extra Christi do-
ctrinam et Ecclesiam ubiuis
gentium reperiuntur, ut est Iudaica, Ethnica, Ma-
hometica, Hæretica, dñat & detestatur penitus,
qui verè Christianus est: & in ipsa Christi doctri-
na firmiter acquiescit.

II.

Quo compendio Christianam doctri-
nam licet complecti?

VE nimis Christianus enorit & obser-
uet, quae tum ad sapientiam, tum ad iustitiā,
spectant. Sapientia, ut Augustinus ostendit, circa
virtutes versatur Theologicas, Fidē, Spē & Cha-
ritatē, quae et diuinitus infundūtur, & cùm in hac
vita pure maximeq; excolūtur, beatos homines di-
uinosq; reddunt. Iustitia verò duabus partibus, de-

i.Pet.4. d
Athan.contra Arrian.orat.2.

Cypria.epis.
sto. 2.li.4. &
de simpli.
prael.ign.ad
Magnesia.
August. tra-
cta.iiii.in 10
an. & fer. 181
de tem.c.12.
Tert.li.đ pu-
di. & prescr.
hæ.

t.Lib.2.Re-
tract.c.63. &
Enchir.ca.3.
i.Cor.13. d.

DE FIDE ET

clinatione à malo, & boni operatione absoluuntur.
Huc enim spectat, quod Prophetæ inquit Regius:

1.Psal. 33. c.
&.36.e
1.Pet.3.b

1 Diuerte à malo & fac bonum. Iam ex hisce
fontibus, Sapientiæ scilicet & Iustitiæ, non diffi-
culter hauriuntur cætera quæcunque Christianæ
quidem institutioni atque disciplinæ congruunt.

III.

Rom.10.b

Heb.11.a

Aug.ser.38.

de.temp. &

sermo. 1. de

verbis Apo-

stoli.

2 Heb.11.b

3 Marc.16.c

Ioan.3.b

Quid primum traditur in doctrina
Christianæ?

F Ides ianua illa nostræ salutis, sine qua Deum
inuenire & inuocare, Deo seruire & place-
re nullus in hac vita potest. 2 Credere enim ope-
rat accedētem ad Deū, inquit Apostolus: 3 qui
verò non crediderit, condemnabitur, & iam
iudicatus est, ex Christi sententia.

IV.

Ephes.2. b

Heb.11. a

Basil. in ser.

de fidei cōf.

Bern. Epist.

190.

Aug. contra

epist. funda-

menti. c.5

Quid Fidei nomine intelligitur?

D Ei donum & lumen, quo illustratus homo,
firmiter assētitur atque adhæret iis, quæ ut
credantur sunt diuinitus reuelata, & ab Ecclesia
nobis proposita.

Cuiusmodi sunt, Deum esse trinum & unum,
è nihilo creatum mundum, Deum factum esse ho-
minem, & pro hominibus morte sustinuisse, Ma-
riam & virginem, & Dei Matrem existere, mor-
tuos omnes ad vitam excitandos esse, hominem ex
aqua & Spiritu sancto regenerari, totum Chri-
stum in Eucharistia contineri, & id genus alia Re-
ligionis

ligionis nostræ veneranda mysteria, quæ diuini= 1. Esaïe. 7. ba
tus reuelata, non humani sensu captu comprehē= secundū. 70.
di, sed fide duntaxat percipi possunt. Basil. in Psal.
115. & in sum. mā. 80. mo-
raliū. ca. 22.

Vnde Propheta: IN si credideritis inquit, nō intelligetis. Non enim spectat fides naturæ ordi-
nē, non sensuum fudit experientiæ, non potentia aut ratione humana, sed virtute & auctoritate di-
uina nititur, illud plane certum habens, summam
æternamq; veritatem, quæ Deus est, nec falli posse
unquam, nec fallere.

Quamobrem id fidei vel maximè propriū est,
ut in 2 captiuitatem redigat omnem intellectū in
obsequiū Christi: 3 apud quē non est difficile, nedū
impossibile, omne verbū. Hæc 4 fides lumen est ani-
mæ, ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ.

V.

Estne breuis aliqua fidei complexio ac sum-
ma omnium nobis credendorum?

ES T illa, quā duodecim Apostoli suo symbo-
lo tradiderunt, quamq; in sectiones, seu arti-
culos duodecim aptè distinxerūt. Dignū sancè opus
his 1 auctoribus, qui post Christum Dominū Chri-
stianæ fidei præcipui et sanctissimi fundatores ex-
titere. Quod quidem symbolum velut illustris no-
ta est, qua Christiani ab impijs, qui vel nullam,
vel non rectam Christi fidem profitentur, discer-
nendi ac internoscendi sunt.

A 2 Quid

de pass. & epi. 13. ad pulcheriam. & serm. contra Eutychetem, Ma-
ximus serm. de traditione symb.

2. Cor. 10. b.
3. Lucæ. 1. c.
4. Euseb.
Emis. homil.
2. de Symb.
cyrill. cate-
ch. 5. illum.
chryso. serm.
de fide, spe.
& chari.
cyril. li. 4. in
ioan ca. 3.
Amb. epist.
81. & serm.
38.

Au. serm. de
Tépore. 181.
Ruffin. in
symb.
Iren. li. 1. c. 2.
& lib. 3. c. 4.
Hier. ad Pî-
machiū ad-
uersus erro-
restoana.
Hieros.
Leo serm. 12

Qui sunt Symboli huius articuli?

- C**REDO in Deum Patrem omnipotentem, creatorē cœli & terræ.
I. Et in Iesum Christum filium eius, unicum Dominum nostrum.
II. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.
III. Passus sub Pōtio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.
IV. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.
V. Ascēdit ad cœlos, sedet ad dexterā Dei
VI. de symb. ad Patris omnipotentis.
VII. In libro de fide & symb. serm. 115. 119
VIII. Credo in Spiritum sanctum.
IX. Sanctam eccl̄esiām Catholicā, sancto
X. rum communionem.
XI. Remissionem peccatorum.
XII. Carnis resurrectionem.
XIII. Vitam æternam. Amen.

Hierem. 9. f. Quò maximē spectant hæc Symboli verba?
 Ioan. 17. a. E o certè, ut verā Dei diuinārumq; rerum co
 i. corint. 2. a. gnitionem, quæ ad bene beatęq; viuēdū est
 i. pet. 2. b. cuique necessaria, succinctè comprehensam ha
 beamus.

Vbi primum & præcipuum habet locum agnè
 tio & confessio sanctissimæ Trinitatis, ne ullo mo
 do dubitetur, Deū, quo nihil aut maius, 2 aut me
 lius, aut sapietius potest excogitari, in effectia qui
 dem seu natura diuina unum & simplicem, in per-
 sonis vero trib. esse distinctū, ut alius Pater, aliis
 filius, aliis Spiritus sanctus esse ante omnia certò cre
 datur. Pater est, qui suū ab æterno filiū generat,
 fons & opifex rerū. Filius ex patris genitus sub
 statia, mundi Redemptor est ac Saluator. Spiritus san
 ctus, qui & paracletus dicitur, Ecclesiæ seu Chri
 sti fidelium est administrator. Iam hi tres unum
 sunt hoc est, unus, verus, æternus, immensus & in
 comprehendibilis Deus.

Pulchrè igitur huic sanctissimæ simul et indiu
 duæ Trinitati partes Symboli tres præcipue re
 spondent. Prima nimirum de creatione, secunda de
 redemptione, tertia de sanctificatione. VIII. Gene.1.2.
 Quid sibi vult primus Symboli articulus,

Credo in Deum Patrem?

O Stedit nobis primum, Deum unū, et in Dei
 tate primam personam esse Patrem cœlestē, Hier. 32.c.
 eternum, potentia maiestateq; summū, cui nihil fa
 ctu impossibile sit vel difficile; qui vita ac mortis Heb.1. b.
 potestatem omnem obtinet.

Is ipse pater filiū ex omni æternitate genuit, et
 nos hoc tempore gratiae in filios sibi adoptauit, Eius Rom. 8.c.d.
 tanta vis est, ut verbo solo tamvisibilia, quam inui
 coloss.1.c. Matth.6.d. Heb.13.b.

1. Tim. 4. c. sibilia produxerit ex nihilo, producta vero usque
 & 6. d. conseruet atque gubernet summa cum bonitate ac
 Röm. 11. d. sapientia: a quo et ad quem omnia. 1 Ipse Pater lu-
 1. Iacob. 1. d. minum, apud quem non est transmutatio, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: talis de-
 2. Cor. 1. a. mnum actantus, ut ad natum illius supera terrestria,
 Luc. 12. a. infera subito pareant: quo duce ac protectore nos
 Gen. 17. a. b. in summis etiam malis atque periculis illæsi ac tui-
 Psal. 26. a. 90. a. 124. a. conseruamur. IX.
 Job. 40. a. 41. a.

1. Cor. 10. c. Quid habet secundus articulus, Credo

Lucas 1. c. in Iesum Christum?

b. c.

Matth. 1. d. **C**onmōstrat secundam in Deitate personam,
 Esaiæ. 9. a. Iesum Christū verum Deum & verum ho-
 Ps. 44. b. 88. c. minem, dictum quidem Iesum, hoc est saluatorem
 Act. 4. 10. &c. populi sui: & Christū, id est unctum, Spiritu san-
 10. f. sto, ac plenum omni gratia & veritate, Messiam,
 1. Reg. 9. 10. Regēm & Pontificem nostrum, qui primatum te-
 11. a. c. net in omnibus, & in quo corporaliter inhabitat
 Ioan. 1. b. p. Heb. 3. a. 5. b. omnis plenitudo diuinitatis.

Col. 1. c. 2. b. Ostendit eundem esse filium Dei unicum a Patre
 Ephes. 1. a. d. natum ab æterno genitum, naturalem, consubstan-
 19an. 10. e. f. tiālē, & ei prorsus æqualem secundum diuinitatē:
 Hebr. 1. a. Dominum vero nostrum & omnium in ipsum cre-
 Apoc. 1. d. dentium, ut quos ipse perditos ex seruitute Satha
 Matth. 28. d. næ ultero liberavit, quosq; iugo peccati & damna-
 Dan. 7. d. tionis obnoxios liberalissime redemit.

Luc. 11. c. Is impijs quoque dominatur: omnia enim pedi-
 Röm. 8. a. bus eius subiecta sunt, Tum vero maximè dominū
 1. Cor. 6. d. dominan-

Psal. 8. b. Apoc. 19. c. Matth. 25. c.

dominatum, & Regem Regum se improbis ac unius universo mundo palam declarabit, cum hostes ad unum omnes quanuus inuitos suae subiaceat potestati, ac veluti palea igne comburet inextinguibili. Hic dilectus filius, hic noster Emanuel, et audiendus Praeceptor: nec aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo nos saluos fieri oporteat.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus;
Conceptus est de Spiritu sancto?

Ende testatur Dominum, qui iam inde ab aeterno geritus a Deo Patre sine matre fuit, propter nos de celis descendisse, & humanam assumptionem naturam, quatenus temporaliter & conceptus sit in Nazaret, et sub Cesare Augusto in Bethleem natus sine patre ex illibata virgine, operante scilicet in illa spiritus sancti virtute, ut (quod admiratione omnium excedit). VERBUM caro, & Deus homo fieret; atque MARIA simul Dei mater et virgo esset.

Hec filij Dei temporalis conceptio & generatio, humanae salutis ac redemptionis primordia continet, nostraeque est forma regenerationis. Quia fit, ut maledicti Adae filij de immundo semine concepti, & irae filij nati purificemur: tu ut est carnalibus spirituales, ac planè filij Dei efficiamur in Christo, cui Pater aeternus conformes fieri voluit electos, ut sit ipse, quemadmodum Paulus ait, in multis fratribus primogenitus.

1. Cor. 15. d
Matth. 3. c
Luc. 3. e
Mat. 1. d. 17. a
Act. 4. b.

Mich. 5. a
10. 1. a. 16. f

Matt. 1. c. d
Lucas. 1. c. d
2. a
Esa. 7. c

Hiere. 31. d
Cor. 13. 1. v. 13
Hier. in Heluid.

10an. 3. a
1Pet. 2. 1. 3. d
Heb. 2. 17. d
Tit. 3. b
Iob. 14. 3
Ephes. 2. 2
Ro. 6. a. 8. b
Rom. 8. f

Act. 10. f

Matth. 27. f

Marc. 15. c

Isaia. 50. c

53. a. b. c

Iohann. 1. d

Heb. 7. d

1. Pet. 1. c. 2. d

1. Apoc. 1. d

1. Tim. 6. c. d

2. Rom. 5. b

Iohann. 18. a 19. b

c. 19. c

Sap. 2. d

Matth. 27

Quid continet articulus quartus,
Passus sub Pontio Pilato?

Ostendit Christū, cūm præclarè docendi & miracula patrādi finem fecisset, suū pro nobis, qui perieramus, redimēdis agonem tādem absoluīsse. Itaque licet Agnus esset absque macula in nocētissimus, imò & 1. Deus simul immortalis, tamē ut charitatem erga nos & suam maximam declarat, Rom. 5. b ret, passus est, ille volēs à sc̄elestissimis extremae acerbissima quæque: vnde nec iudicium impij iudicis Pilati quamvis iniquissimum, neque crucē probrosissimum supplici genus defugit, mortē pro nobis crudelissimam adiens, & sepulturā in alieno etiam monumento delatam nō recusans: totū ut se viuens moriēs donaret atq; impēderet mortalibus.

Quæ Christi passio, sanguis, crux, vulnera & mors, peccatoribus cōsolationē, sanitatē, virtutē & vitā cōtinue exhibet, si tamē paremus & cōpatimur capiti, ut ita simul & cōglorificeamur. 1. Cōsummatus enim factus est omnibus obtērantibus sibi causa salutis æternæ.

Quis usus & fructus in eo est, qđ crucē Chri-
digitis efformamus, et ea frōtē cōsignamus?

Hunc sanę ritum & veterum pietas, & cōstantis Ecclesiæ consuetudo nobis cōmendat: ac primū hinc excitamur ad gratam memoriam sum

Tertul. d. cō
rona militisBasil. de Spi-
ritu sancto.
cap. 27.

Au. de Catē

*mī mysterij atq; beneficij, quod nobis in cruce per chizād.rud,
actum ac amplissimē donatum fuit.*

Deinde prouocamur ad veram sanctamq; glo-
riam ex totius salutis nostrae anchoram in cruce
Domini nostri defigendam.

Est hoc præterea testimoniuū, nos cum inimicis
crucis Christi Iudæis ac Ethniciis nihil habere cō-
mune, sed contra hos omnes liberè profiteri quē
colimus, Dominum Iesum ex hūc crucifixum.

Hoc etiam signaculo, ad patientiæ studium inci-
tamur, ut si æternæ gloriæ cupidi sumus (esseverò
debemus omnes) crucem quā colimus ex viā i crū-
cis, duce Christo nō grauatim amplectamur. Neq;
minus arma hinc victoria petimus aduersus Sathanā
nā olim crucis virtute prostratū, immò, ex cōtra
omnes nostræ salutis aduersarios ita cōminimur.

Demum vt aūspicatiū 3 ordiamur, ex maiore
in rebus gerendis successum experiamur, hoc crū-
cis illustre trophæum arripimus, & in hoc signo
4 victuri, sēpe dicere non dubitamus: In nomine †
Patris, & Filij & Spiritus sancti. xiiii.

Quid credēdum profert quintus artiçulus,

Descendit ad inferos, & resurrexit?

Christū docet postquā mortuus esset in cruce
secundū animā quidem ad inferos usq; pene

A 5 trasse

1.Petr.3.c.2.d 2.Athan.in vita S. Anthonij. Hieron.in vita S. Hi-
larionis. Ignatius in epi.ad Philipp. 3.Amb.serm.43 4.Euseb.li.
1.de vita Constantini. Niceph.eccles.hist.li.8.c.3 Item li. 7.c.47
& 49 Zach.9.c 1.Pet.3.d Eccles.34.d Act.2.d Iren.li.5. in fine

chizād.rud,
c.20.& tract
in.toan.118.
Nazian. o-
rat. 1. in tu-
lian.

Hieron. ad
Eusto . de
cust.virg. &
ad Fabiol.
de veste sa-
cerd.

Chrys.i.1.ad
Cor. ho. 12
&.55.in Mat-
th.Trip.his.
li.6.c.1

Efré in ser.
de S. Cruce.
Orig. hom.
8. in diuersi.
euang.

Ruff.l.1.ec-
cle.hist.c.29

Niceph. li.
18.c.20

Cyrill. ca-
tech. 4.&.13

illum.

1 Matt. 16.d
Luc.9.c

DE FIDE ET

Au. epist. 99 trasse, tum ut mortis ac Sathanæ deuictore, tū ut
 & .57. & lib. Patrū in limbo sedentiū libertatē se se declararet:
 20. de ciui. secūdum corpus autē, quo iacuerat in sepulchro,
 Dei c. r⁵ tertio pōst die, cūm Triūphator sex inferis redire
 Hier. in c. 4. ad Ephes. vellet eundē ad vitam sua vi immortale ac glorio
 tūsti. in dial. sum primogenitum ex mortuis resurrexisse.
 cū Tryph.

5. Osēx. 13. d de potestate Sathanæ, mortis & inferni liberari,
 Matth. 12. c eāq; resurgendi gratiā omnibus offerat atque cō-
 mendat, ut verē credentes in Christū de vitiis ad
 Act. 17. g virtutem, à morte peccati ad vitam gratiæ, in fi-
 10an. 2. d ne porro seculorum omniū de morte corporis ad
 1. Cor. 15. a Apoc. 1. b d vitam immortalem resurgant. Nam. 2 qui susci-
 Coloss. 1. c tavit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit.
 1. Rom. 6. 1

Col. 3. a b

phil. 3. d

Ephes. 4. e

1. Pet. 1. a

2. 2. Cor. 4. d

1. Thes. 4. c d

Psal. 67. d 46

2. 8. a

Marci. 16. d

10an. 3. b

Act. 1. b

Eph. 4. b. 2. b

1. c

col. 3. a

Heb. 1. b

1. Pet. 2. a

1. 10an. 2. a

XIII.

Quid adfert sext⁹ articul⁹, Ascēdit ad cælos?

Absoluto humanae redēptionis opere Dominū Iesum ostēdit, postquā rediuius ille suis apariuisset, multisq; argumētis resurrectionis sue veritatē confirmasset, demum quadragesimo die in cælum ascēdisse, ut secūdum naturam humānā super omnia exaltaretur, & unus omnium maximè ab omnibus celebraretur. Sedet igitur Dominus Iesus in cælis ad dexterā virtutis Dei, parem cum patre potestatem exercēs, gubernans omnia, diuināq; maiestate resplendens penitus: quod est nimirum ad Patris sedere dexteram.

Hæc lāta Christi ascensio, nostræ Fidei ac Spei certitudo

certitudo est, ut quo caput præcessit prostratis se Rom.8.e
 mel hostibus, eodem membra etiam, si capiti modo Heb.5.c
 pareant & inhæreat suo, peruetura esse maximè 2.Tim.2.b
 confidamus. 1 Vado, inquit, parare vobis locū. 10an.15.a
 1.Ioan.14.1

X V.

Quid credendū exhibet septimus articulus,
 Inde venturus est iudicare?

Proponit extreum iudicij diem, quādo Christus in humana carne, rursus à summo cælo descendet, ac tremendum eget iudicem totius orbis, & palam unicūq; reddet secundum operā sua. Iudicabit 2 igitur in sede maiestatis sue ad unum omnes probos ac improbos, siue quos iudicij dies illa viuos adhuc in carne, vel antea mortuos offendet. Vnde admonemur, eò cautius rectiusq; nobis vivendum esse, quō certius persuasum habemus, nostras actiones, cogitationes, & vitæ rationes omnes ob oculos cuncta cernentis, & æquissimè iudicantis Dei usq; versari. Etenim æquis & iustus est 4 scrutator ille cordium & vindex iniquitatū, ante cuius tribunal manifestari nos omnes oportet ut unusquisque prout gesit suo in corpore, siue bonū, siue malū, ab illo recipiat. Qui nec boni quicquā in hac vita gestum, 5 suo præmio defraudabit, nec 6 perperam facta villa impune sinet abire.

X VI.

Quæ summa est articulorum de secunda
 in Deitate persona?

Hæc

Psal. 96.2
 Esa. 3.c.66.d
 Soph. 1.c
 matth. 4.a.b
 Zach. 14. a
 10el. 3.a.c
 2 matt. 25. e
 Lucæ. 21. e
 Acto. 10. f
 1. Thes. 4.d
 1.cor. 15. g

3. matth. 12. c
 Sap. 1. c
 Eccles. 12.
 Basil. epist. 185.
 4. Hier. 17. b
 Heb. 4.d
 Gal. 6.b
 1. Thes. 4. b
 Eccles. 12. d
 2. cor. 5.b
 Rom. 14. b
 5. matt. 10. d
 6. 1ob. 74. b

HAEC SUMMÀ EST, Christum verum Deum & hominem esse, qui mirificum Redemptionis humanæ opus sit aggressus atq; perfecerit, vt idē sit ipse nobis via, veritas & vita, per quem vnu cūm perijssemus omnes, saluati et liberati, Deoq; Patri reconciliati sumus.

1. Ioan. 14.2
Rom. 5.b
Apoc. 1.b
1. Tim. 2.b

2. Tit. 2. d

3. Ephes. 2.b

2. Cor. 5.c

2. 1. Tim. 2.b
Rom. 3.d

De cuius quidem Redemptionis beneficio ac vero usu ita scriptum est: Apparauit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iuste & piè viuam⁹ in hoc seculo, expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri I E S V C H R I S T I: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operū. Sic Apostolus Paulus. Et alibi 3 Ipsius (Dei) sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Atque iterum, 4 Pro omnibus mortuus est C H R I S T V S inquit, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Quare cauendus illorū est error maximè, qui Christum nō integrè, sed veluti mutilatū confitetur, dum solum 2 Mediatorē illum & Redēptore cui

eui fidamus, agnoscunt nec simul recipiūt eum &
 3 legislatorem, cuius iussis obtemperemus, & vir
 tutum exemplar omnium, quod imitēmur, & iustū
 iudicem, qui debitum cuiusque operi præmiū aut
 supplicium certò rependat.

3. Esai. 33. d.
 Iacob. 4. c.
 Ioan. 13. b. d.
 1. Ioan. 2. b.
 2. Tim. 4. b.
 Roma. 2. b.

X V I I .

Quid docet octauus articulus, Credo in Spi
 ritum sanctum?

Gen. 1. 2.
 Psal. 103. d.
 Job. 24. b.
 Matth. 28. d.
 Ioan. 1. e. 14.
 b. d. 16. c.
 1. Ioan. 5. b.
 Rom. 8. b. c.
 2. Cor. 3. d.

Svbiungit tertiam in Deitate personā, Spiri
 tum sanctum: qui ex Patre Filiōque procedes,
 verus, utriusque coæternus, coæqualis, cōsubstāti
 lis Deus existit, & eadē fide parique cultu & ho
 nore colendus est.

Concil. Con
 stantinop. 1.
 can. 7. & Flo
 rent.
 Aug. de fide
 & symb. c. 9.
 Hil. li. 8. de
 Trin.

Hic ille Paracletus & Doctor veritatis, qui
 corda credētiū gratia sua suisq; donis illustrat,
 purificat, sanctificat, et in omni sanctitate cōfir
 mat. Hic est pignus & hereditatis nostræ, qui adiu
 uat infirmitatē nostram, & singulis prout vult,
 uarias donationes suas distribuit impertitq;

X V I I I .

Quid addit articulus nonus, Credo
 Ecclesiam sanctam Catholicam.

4. Ephes. 1. c.
 Rōm. 8. e.

Ostendit Ecclesiam, id est, cunctorū Christi
 fidelium in visibilem cōgregationē, pro qua
 Dei 60. c. Psal.

18. 2. Au. tract. 1. in ep. Ioan. & de vnitat. eccles. c. 14. Am. in. II. c.
 Lu. Chry. hom. 4. de verbis Eliae. 2. Ioan. II. g. 10. c. 17. b. Cant.
 §. c. 1. Cor. 1. b. 13. b. d. Ephes. 4. a. Cy. de sim. præl. Iren. I. 1. c. 3.
 Hiero. ad Gerontiam de monog. Chry. hom. 1. in. 1. ad cor.

3. cyp. dñsmp Dei filius hominis natura suscepta cūcta & fecit
& li. 1. ep. 3. & pertulit: Eamq; docet primū & unam esse &
& li. 4. ep. 9. consentientem in fide, fideique doctrina, & admi-
Hier. ad Da nistratione Sacramentorum, quęq; sub uno ca-
masum tō. & pite suo Christo, unoque vices eius in terris gerē
Leo epist. 89 te 3 Pontifice Maximo regitur, ac in unitate cōser
4. Ephes. 5. c. uatur.

Cant. 4. b.

Au. in enh. Deinde hāc Sanctam 4 esse prædicat, quia per
c. 36. Spiritum sanctū à Christo usque sanctificatur, ut
Ber. ser. 3. in sancti homines & sanctae leges nūquam in illa de-
vigilia nat. fint. Nec ullus extra huius consortium sanctita-
Greg. li. 35. tis particeps esse potest.

mora. c. 6.
Ite. I. 3. c. 40.

5. act. 1. b. Tertio esse Catholicā, si id est, vniuersalē, adeò
Marc. 16. d. vt per orbē, longē lateque diffusa, omnes omniū
Matth. 28. d. temporum, locorū ac nationum homines, qui mo-
Au. epist. 107 dō in Christi fide ac doctrina cōueniunt, uno qua-
& 166. cōtra si materno sinu excipiat, concludat, ac saluet.

epist. fund. c

4. li. de vera relig. c. 7.

Vincent. Li- rin.

Hie. cōt. Lu cif.

Beda. in. 6. c.

Cant.

1. Eph. 4. c. d.

Psal. 118. a. Philip. 1. a. 2. Cor. 8. c. 1. 10. a. 1. b. Ro. 12. b. 1. Cor.
12. b. August. tract. 32. in Io. 2. Euse. eccl. hist. li. 7. ca. 22. Au-
gust. 2. contra Do. cap. 6. & epst. 19. item. de vera relig. cap. 6.
Ephes. 4. a.

qui

qui etiam, 2 qualescunque demum quorundam er 3. Au. de tēp.
 rores aut dissensiones incidāt, solliciti sunt serua
 re unitatem Spiritus in vinculo pacis. In qua qui
 dem communione non modo sancti Ecclesiæ mili
 tatis in terra peregrinātes, verum etiam beati om̄ d̄ ciuita. Dei
 nes Ecclesiæ cū Christo in cœlis 3 felicissimè trium ca.9.
 phantis, ac insuper piorum animæ, quæ ex hac vi 5. Gen. 7. d.
 taegressæ, nondum 4 tamen illam beatorum felici 1. pet. 3. d.
 tamē sunt consecutæ, simul comprehenduntur. Ire.li.4.c.43
 cyp.li.1.epi. II.

Extra hanc Sanctorum cōmunionem (sicut ex
 tra s. Noé arcā, certū quidem exitium, nulla verò au. ep. 50. &c.
 salus mortalibus: nō Iudeis aut Ethnicis, qui fidē 152. de vnit.
 Ecclesiæ nunquam receperunt: non Hæreticis, qui eccl. c.15.
 receptam deseruerunt vel corruperūt: nō Schis= au. vel Ful-
 maticis, qui pacem & unitatem Ecclesiæ relique gēt. de fide
 runt: postremò neque excommunicatis, qui* quali ad petrū.ca.
 bet alia graui de causa id meruerunt, vt ab Eccle 38. & 39.
 siæ corpore, ceu pernitosæ quædam membra, præ Gre. 14. mo.
 scinderētur ac separarētur. Atque istiusmodi om c.2.
 nes, quoniam ad Ecclesiā, eiusque sanctam cōmu- *Num. 17.d
 nionem nō pertinet, diuinæ gratiæ et salutis æter Matth. 18.b.
 næ nō possunt esse participes, nisi Ecclesiæ, à qua cyp. 1.1.epi.
 suo illi vitio sunt semel auulsi, primum recōciliēt II.

tur atque restituantur. Certa est enim 1 Cypriani
 & 2 Augustini regula: Non habebit Deum Patrē,
 qui Ecclesiam noluerit habere Matrem. ire.li.4.c.43

Quid 2.The.3.b.d
 1. De simplic. prælatorū. 2.li.4.de Symb.ad catec. c.10. Idem
 August. in psal. 88.

Matth. i. d.
 Apoc. i. b.
 Luc. 24. g.
 Actio. 10. g.
 Heb. 9. d.
 1. Ioan. 1. c.
 1 Pet. 1. c.
 Ephes. 1. b.
 Col. 1. b.
 Aug. in En-
 chir. cap. 64.
 & 65.
 Chrys. lib. 3.
 de facer.
 Cypr. libr. 1.
 epi. 2.
 Lucæ. 10. f.
 Ioāzo. c. 21. c
 Matth. 16. c.
 Ber. lib. 2. de
 confi.
 Esaiæ. 26. d.
 1ob. 19. d
 Ezech. 37. a.
 1. Cor. 15. g.
 Ioan. 11. c.
 Dan. 12. 2.
 Phil. 3. d.
 Hiero. ad.
 Pamma ad-
 uers. er. 10. a.
 Hierosol.
 Aug. in en-
 chir. c. 92.

Quid proponit articulus decimus?

REmissionem peccatorū, qua sine iustus
 & saluus esse nullus potest. Hunc autē verē
 diuitē Thezaurū Christus nobis acerba morte,
 suoq[ue] pretioso sanguine cōparauit, totus ut mū
 dus peccatis eorūq[ue] poenitatis liberaretur
 Cuius quidē Thezauri per Christi gratiā par
 ticipes dūtaxat fiūt ij, qui se Fide & baptismo ad
 Christi adiūgūt Ecclesiam, & in eius unitate obe
 dentiaq[ue] persistunt. Deinde qui de cōmissis post
 Baptismum peccatis poenitentiam serio agunt, &
 ijs aduersus peccata pharmacis, quæ Christus insti
 tuit, hoc est, Sacramentis, conuenienter vtuntur.

Atque huc spectat potestas, ut vocat, clavium
 quam Christus ad remittēda peccata ministris Ec
 clesiæ, & in primis Apostolo Petro eiusque suc
 cessoribus legitimis, utpote summis Ecclesiæ re
 storibus commendauit.

Quid habet vnde decimus articulus?

CArnis resurrectionem, quæ in nouissimo
 die bonis malisque cōtinget. Nā corpus hoc
 quod fragile, caducū, multisq[ue] morbis & perpe
 tuis æruginis obnoxium & post mortē quoq[ue] ver
 nibus exēdendum circumferimus, tum reuiuscet,
 cū in tēxtremo illo die mortui omnes Christo vo
 cante iudice simul ad vitam & iudicium excitabū
 tur

tur.¹ Igitur ante Christi tribunal in carne cuncti apparebūt ut citra exceptionē unusquisq; prout gesit in corpore suo quod illi reddetur integrū, siue bonum, siue malum recipiat. ² Procedēt autem qui bona fecerūt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerūt, in resurrectionem iudicij, & in supplicium ³ æternum.

3. Matt. 25. 3

Hac fide vir bonus & patiens in ærumnis se vel maximis consolatur, ut in supremo etiam vita agone dicat, ¹ Scio q̄ redemptor meus viuit, ^{1. Job. 19. d}
 & in nouissimo die d̄ terra surrecturus sum,
 & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū. Prudentes illi sanè, qui terrena hæc & moribūda membra, in iustitiæ ac virtutis scrututem redigūt, quiq; corpus hoc velutius purum, beatæ præparant immortalitati. ^{1. Cor. 9. d}

XXI.

Quis est postremus articulus?

1. Cor. 2. e

DE vita æterna, quam electis post mortem superesse minimè dubitemus. Atque hic fructus & finis est fidei, spei, patientie & exercitationis Christianæ. Cuius vita consequendæ causa nullum pietatis opus arduum, nullus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullum in agendo patientia doq; tempus diuturnum ac molestum verè credenti debet existimari. Quod si vita hac, quæ calamitatis alioquin plena est, nihil dulcius ac optimius ducitur: quanto illa denum potior haben-

1. Joan. 17. a

Matt. 19. b. d

25. d

Apoc. 2. b. c.

3. c. 7. d. 21. b

22. c.

Tit. 1. a. 3. b

1. Joan. 2. d

1. Petr. 1. a

Roma. 6. d

Au. de civit.

Dei. li. 22. c.

B da 29. & 30. li. 4

de Tri. ca. 2. & lib. 3. de lib. 2. arbitr. cap. vlt.

DE FIDE ET

da est, quæ ab omni malorum sensu & metu procul abest, quæ cœlestibus & ineffabilibus sine fine gaudijs, delitijs ac voluptatibus omni ex parte semper abundat.

Lucæ. 12. d

De qua vita Christus, Nolite timere pusillus gress, inquit, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnū. Qui & in extremo iudicij

Matth. 25. c

die dicet electis: venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnū à constitutione mundi. Impijs vero in hunc modum loquetur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Id quod non solum ad Ethnicos, Hæreticos, Schismaticos & palam flagitiosos pertinet, verum etiam ad Christianos, quos in mortali peccato mors opprimit, est referendum.

Adjicitur demū clausula isthæc Amē, ut fidei & cōfessionis huius Christianæ testimoniu apud nos indubitatum esse ac solidum demonstretur.

XXII.

Est ne satis Christiano ea sola credere quæ complectitur Symbolum?

Primù & maximè quidem ea quæ Symbolo traduntur Apostolico, cuius credēda et aper te profitenda sunt. Ea vero explicatoria fiunt ex collatione tum Nicæni Symboli, tū eius quod Athanasio inscribitur.

Secundō

Secundò Christianus, quæcunque Scriptura Di-
uina seu Canonica complectitur, credat necesse
est. Certos verò & legitimos scripturæ libros nō
aliunde, quam ex Ecclesiæ iudicio, & auctorita-
te petere fas est.

Tertiò huc illa pertinent, quæ partim ex Sym-
boli articulis, partim ex Scripturis, velut diuinis
fontibus, necessariò deducuntur.

Quartò demum pro sacro sanctis habenda fir-
missimaq; fide complectenda sunt, quæ Spiritus
sanctus credenda nobis reuelat pronunciatque
per Ecclesiam, siue scripto illa, seu viue vocis
traditione nobis commendetur. Qua de re postea
commodius differetur.

Circa hæc igitur omnia fides orthodoxa versa-
tur, qua sine Sectarij omnes frustra sibi ac alijs
gratiam & salutem in Christo pollicentur.

CAP. SECUNDVM.

DE SPE ET ORATIONE

DOMINICA.

I.

Quid est Spes?



IRTUS est diuinitus infusa, per
quam certa cum fiducia nostræ fa-
lutis & æternæ vitæ bona exspe-
ctantur.

1. petr. i. 18

1 Au. cōt. epis.

Fundamēti.
cap. 5.

Hier. i sym.
ad Damasū.

2 Cyril. epis.

10. ad Nesto.
Cōc. Nic. &
Const.

Iren. li. 3. cau
4. & li. 4. cau
45. & 63.

Au. cōt. epis.
fūdamēt. c. 4
Hier. cōt. Luz
cife.

Cypr. de simi-
pli. prelat.

Histor. trip.
lib. 9. ca. 19.

Tert. de præ-
scrip.

Vincent. Ly-
rinen. cont.
nouator.

Jacob. i. 2
Ioan. 14. b. i.
2. a
Ioan. 5. c
Marc. 14. a

Iacob. 13. b
Psalm. 55. a
Psalm. 11. c

2 Tess. 5. c
Luc. 11. b
Matth. 7. b

2 August. in
psalm. 31

Parum est alioquin Deo Deiq; verbo fidem habere, ac diuina, que in Ecclesia prædicantur, dogmata profiteri, nisi Christianus Dei bonitate percepit, spem inde concipiatur ac fiduciam consequenda gratiae et salutis æternæ. Quæ spes tantoper iustum fulcit in summis ærumnis, ut etiam si mundi præfidijs omnibus destituatur, intrepide tamen dicat: ¹ Etiam si me occiderit, in eum sperabo. Et: In Deo sperauit, non timebo quid faciat mihi caro. Deus meus in te cōfido, non erubescam.

II.

Qua ratione hanc spem licet consequi?

Primum huc pertinet ardens et frequens ad Deum precatio. deinde nutrienda Spes est et excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum Dei, illorum præsertim, quæ Christus Dominus pro immensa in nos charitate sua præstítit ac promisit vel immerntibus. Deum conscientiae puritas coniungenda venit, eaq; pijs operibus et inuita in aduersis patientia semper est comprobanda. ² Nam quibus bona conscientie testimonium aut melioris vita propositorum deest, hi spem quam oportet, non adferunt, sed præsumptionem potius, et vanam omnino fiduciam temere iactant, quantumuis de Christi meritis Deiq; gratia glorientur.

¹ Spera,

¹ Spera, inquit propheta, in Domino, & fac ^t psalm.36.^a
 bonitatem. Idemq; rursus: Subditus esto Do-
 mino, & ora eum. Et alius, ² Bonus est Domi ^t Thren.3.^c
 nus sperantibus in illum, animæ quærenti il-
 lum. Quam Spem ab omni timore distingendam
 non esse, satis illud ostendit: beneplacitum est ^t Psalm.146.^b
 Domino super timentes eum: & in eis qui
 sperant super misericordia eius.

III.

Quæ bona sub Spem cadunt, & Christiano
 speranda sunt?

P Ræcipue quidē bona illa Regni cælestis, quæ
 homines beant, nec sinunt illa ex parte misce-
 ros esse. Tum illa demum, quæcunque mortalibus
 in hac vita conducibilia rectè à Deo desiderantur
 atque petuntur, in bonis sperandis & expectan-
 dis debent haberi. Ea verò præcipue reluent in
 Dominica Oratione, utpote quam Christus Do-
 minus ore sacro prodidit & admirabili sapientia
 prescripsit omnibus, qui spem suam ac vota ora-
 tione cupiunt Deo explicare.

Matth.6.b
 Lucx.11.a

III.I.

Quæ forma est Dominicæ Orationis?

H AEC est, Pater noster qui es in cælis.
 1. Sanctificetur nomen tuum.
 2. Adueniat regnum tuum.
 3. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.

Orationem
 Dñicam ex-
 pliqat Ter-
 tul. de orat.
 Cypr. serm.
 6. de orat
 Domi.

- cyrill. ea. 4. Panem nostrum quotidianum da nobis
 tech. 5. mys. hodie. autibdu*scilicet* in p*ro*p*ri*o*m*od*u*lo
 stagog. Et dimitte nobis debita nostra, sicut &
 chrysost. ho*ly* li nos dimittimus debitoribus nostris.
 mil. de orat. 6. Et ne nos inducas in temptationem.
 domi. & in 7. Sed libera nos à malo. Amen.
 ea. 6. matt*h*
 item. Hier.
 Theophyl.
 Euthym. in
 matt.
 Amb. li. 5. de
 sacramentis
 cap. 4.
 Aug. epi. 121.
 ad Probam.
 cap. II.
 idem. li. 2 de
 serim. do. in
 mon. & ho-
 mil. 42. ex.
 50. & ser. de
 temp. 126. &
 135. & 182.
 chrys. ser. 67
 & sequētib.
 Au. in enc.
 & 115. & 112.
 de serm. Do.
 in monte. ca
 pit. 17.
 Exod. 15. c
 Eliaæ. 42. b
 63. d.
 malach. 1. b
 2. cor. 1. 2

Quæ summatim in Dominica Ora-
 tione tractātur?

Septem in ea petitiones proponuntur, ad quæ
 referri omnes omnium orationum species &
 formæ possunt ac debent, siue pro expetendis bo-
 nis, siue pro delendis peccatis, siue pro auertendis
 malis quibuslibet diuinam opem imploremus. In
 prioribus autem tribus petitionibus, quæ proprii
 ad æternitatem pertinent, ordine poscuntur: in reliquis
 quatuor etiam temporaria, quæ ex ipsa propter
 æterna consequenda sunt nobis necessaria.

Quid sibi vult initium orationis,
 Pater noster qui es in cælis?

Prefatiūcula est, & nos memores reddit sum
 mi beneficij, quo Deus pater, æterna illa mai-
 stas, in cælis per beatè regnans, nos recepit in gra-
 tiam, & propter Christum filium in suos quoque
 filios & regni cœlestis heredes per Spiritum san-
 ctum adoptauit.

Quæ tantorum beneficiorum memoria non solum

philipp. 4. d Apoc. 4. d Rom. 8. c Gal. 4. a

attēns

attentionem excitat, sed etiam ad redemandum
Patrem, illique obtemperandum prouocat filios,
neq; minus orādi impetrādique illis auget fiduciā.

VII.

Quis est sensus primæ petitionis, San-
ctificetur nomen tuum.

IN nobis quemadmodum in omnib. alijs promo-
ueri semper & augeri petimus quicquid ad
gloriam summi optimi q; Patris nostri spectat.

Id verò sit maximè, cùm veræ fidei confessio,
Spes etiam & Charitas ac simul Christianæ vitæ
sancta conuensatio suam in nobis lucē ac vim exc-
rit, ut spectantes alij quoque glorificant Patrem.

VIII.

Quid continet secunda petitio, Adue-
niat regnum tuum?

PEtimus, ut per gratiam & iustitiam suam re-
gnet in Ecclesia Deus, imo & in mundo uni-
uerso, eiectis hinc aduersarijs potestatibus & cu-
piditatibus malis omnib. è medio profligatis.

Tum optamus & precamur, ut ex hoc mundo
veluti è graui peregrinatione militiaq; vocati,
quam primum træfferamur ad regnum gloriæ &
felicitatis æternæ, ut cum Christo & Sanctis eius
in sempiternum regnemus.

IX.

Quid includit tertia petitio, Fiat
voluntas tua?

Matth. 5. b
1. Pet. a. c
1. Cor. 10. g
Matth. 5. b

Rom. 14. e
Ps. 22. a. 67. 2
1. Cor. 3. c. d
4. d
Ephes. 1. d
Matth. 13. f
1. Cor. 15. c. d
Coll. 1. b
1. Pet. 2. d
1ob. 7. a
2. Cor. 5. ab

psalm. 102. d

Rom. 1. b

Act. 9. a. 21. c

Deu. 12. a

Heb. 13. d

Iacob. 4. d

Gen. 8. a

Rogamus, ut sicut in cœlo Angeli et Beati omnes, nos quoque in terris, quāuis imbeciles et exigui, exactam Deo præstemus obedientiā, nihil habētes prius, quā ut diuinæ volūtati tum in prosperis, tū in aduerfis libēter nos subijciamus, et nostra quæ ad malū prona est volūtate reiecta, in diuina semper acquiescamus. x.

Quid habet quarta petitio, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?

Ab omnis boni auctore ac fonte nos veluti pauperes ex mēdici, ea desideramus, quæ ad hāc vitā corporis quotidie sustētandam sunt satis, vīctū scilicet et vestitū: præterea quæ ad vitā animæ promouendam faciūt, nimirū verbū Dei, animæ spirituale pabulū, sacro sanctam Eucharistia, panē illū cœlestē, ceteraq; salutifera Ecclesie sacramēta ac Dei dona, quæ ad bene beateq; viuēdū pascunt, curant, confirmingant hominē interiorem.

x i.

Quo pacto intelligitur quinta petitio,
Dimitte nobis debita nostra?

Hic penitus, à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ pestilētius esse potest, clementer expurgari, et ea ipsa quæ peccando cōtraximus, debita relaxari.

Ne verò frustranea sit precatio, animo in proximum perperam affecto, illud addimus, nos vindictæ cupiditate ac similitate posita, cū proximis in gratiam

Iacob. 1. a

psalm. 39. d

Deut. 10. d

Gen. 28. d

I. Tim. 6. b

Prou. 30. a

I Hier. in. 6

cap. Matth.

Tertulli. de

orat.

Cy. serm. 6.

Amb. libr. 5.

de Sacr. ca. 4

I. Cor. 10.

Leuit. 26. c. d

e

Num. 5. a. c

Exod. 32. f. g

Lucæ. 7. g

gratiam rediisse, & cuius ex animo noxam omniē condonasse. Hoc est enim, quod Christus alibi voluit, cùm diceret: Dimitte & dimittemini. Et iterum, Si non dimiseritis hominibus, nec Pa ter vester dimittet vobis peccata vestra. Luc. 6. f
Mat. 6. b 18 d
Eccles. 28. 2

XII.

Quid continet sexta petitio, Ne nos inducas in temptationem?

Quoniam præsens hæc vita perinde ac militia est super terram, dum varijs tentationib. semper impugnamur, grauiterque cum mūdo, carne & Sathanæ cōflictamur, idcirco piè solliciti diuinam opem imploramus, ne huiusmodi aduersariorum impugnationibus succubamus atque succumbendo damнемur, sed ut in hac perpetua pugna durantes, Deique dextera nitentes, potestati Sathanæ resistamus fortiter, contēnamus mūdum, castigemus carnem, atque ita demum velut inuicti milites Christi, post victoriā coronemur. Neque enim coronabitur. Apostolo teste, nisi qui legitimè certauerit. 1ob. 7. 2
Judith. 8. c
Tobiae. 3. d
Matth. 4. a b
Heb. 2. d
2. Thes. 3. a
1. Ioan. 2. c
Matt. 16. d
1. Cor. 9. d
Iacob. 4. b
1. Pet. 5. c

XIII.

Quid est in septima & postrema petitio, Libera nos à malo?

Precamur ad extremum, ut huius seculi calamitatibus, quibus exercentur etiam pīj, non sinat nos Deus perdi & euerti cum impijs, sed ut benignitate sua nos liberet, quatenus saluti no= 3. Reg. 8. d
Prou. 10. d
Eccles. 23. 2
Hier. 2. c
Tob. 2. c
Eccles. 27. 2

stræ congruit, atque ab omni malo cùm corporis,
tum animæ, siue in hac vita, siue in futura propi-
1. psal. 49.c tius tueatur. Nam & ipse ita promisit, 1 Inuoca
6. 21. 21. me in die tribulationis, eruā te & honorifica
6. 21. 21. bis me.

**2. Cor. 1.d Ambros. in
 1. psal. 40
 2. matt. 7. b
 Luc. II. b**

3. I. joan. 5. e

Demum totam precationē hac una voce Amē
claudimus, ut nostram in orando simul & impe-
trando fiduciam comprobemus, tum propter Chri-
sti qui non fallit, promissionem, 2 Petite inquit, &
dabitur vobis, tum propter Patris erga nos im-
mensem clementiam & propensam in omnes mi-
sericordiam, ut hinc Iohannes dixerit, 3 Quodcu-
que petierimus secūdum voluntatem eius,
audit nos.

x i i i .

Quæ est summa orationis dominicæ?
Formulam absolutam cōtinet non solum orā
 di ac postulandi bona, verūm etiam deprecā
 di ac fugiendi mala quælibet.

Inter bona verò primum est illud expetendū,
 vt Pater cœlestis ab omnibus semper & ubique
 glorificetur: deinde vt verò illius regni partici-
 pes efficiamur: tū vt ea nobis adminicula suppe-
 tāt, quibus ad regnū Dei cōmodè peruenitur. Qua-
 le est ex parte quidem anime nostræ, voluntati di-
 uinæ conformari, ex parte verò corporis victum
 habere necessarium.

Quæ autem secundo loco ad finem usque to-
 tius

tius precationis adduntur, affectum exprimunt mala deprecantis, ut Dei gratia & virtute aut penitus illa remoueantur, peccata nimirum bonorum omnium corruptelæ, & reliquorum lernæ malorum, aut eadem sic temperentur, ne sua via luti cōsequēdæ officere possint. Eiusmodi sunt variæ in hoc mundo tentationes, & quælibet tū p̄f sentis, tum futuræ vitæ calamitates. Reliqua de Oratione tractanda in eum reseruabuntur locū, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE SALVATIONE

Angelica.

XV.

Quæ salutatio dici Angelica solet?

Ea, quæ sanctissimæ Virginis Dei q; Matri his verbis defertur.¹ Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus Amen.

XVI.

Vnde nobis hic modus Deiparam virginē salutandi profluxit?

Primùm ex Evangelicis verbis & exemplis nata est hæc salutatio, quando nos ita docent afflati diuino spiritu, magnus Gabriel Archangelus, & præcursoris Domini mater sancta Elisabetha.

Luc. i. c. e
Chryso. & ta
cob. in Litur
gijs.

Au. serm. 2.
de Annun.

Amb. in. c. i.

Lu.
Chryso. ser.

143.
Atha in euā
ge. de sāctis.
Deipara.

Bern. hom 3
super missus
est.

Fulgent. in
ser. de laud.
B virg.

Deinde Luc. i. c. e.

DESALVTATIONE

Deinde confirmat nobis hāc salutandi formulam usus & consensus Ecclesiæ perpetuus, quem sancti Patres & maiores in hunc usque diem religiosissime obseruarunt, ac obseruari à nobis voluerunt.

XVII.

Quid prodest huiusmodi Salutatione vti?
HIS præclaris verbis admonemur primùm summi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare voluit in Christo, & humano generi redimendo clementer exhibere.

Tum insignis hæc est commendatio sacrosanctæ & admirandæ Virginis, quam nobis Deus inuentricem gratiæ ac vitæ genitricem esse decreuit.

Quare nihil mirum, si post pia vota, que in preicatione Dominica Deo commendauimus, hic acceptæ per Christum gratiæ memores, nō modò Christi Matrem, sed etiam Deum Patrem in eadē Virgine Deipara laudemus, & collætantes angelis, eam reuerenter, & sepe quidem salutemus.

XVIII.

Quis est huius Salutationis sensus?

PRIMIS quidē verbis iure gratulamur, & gratulando prædicamus eam, quæ nobis Euam secundam eamque felicem præstítit. Etenim quod illa prior mundo intulit Væ maledictionis, hæc suo salutifero partu sustulit, ipsamque maledictionem filioz

Andr. Hiero-
so. episco. in
salu. Angeli
cam.
Ire. li. 3. c. 31.
33.
Hier. ad Eu-
stoc. de cu-
stodi. virg.

filiorū Adæ, benedictione perpetua commutauit.

Digna quidem illa, quæ gratia plena prædice tur, ut que plena Deo, plena virtutibus, sola (vñ Ambrosij verbis utemur) gratiam quā nulla alia meruerat, consecuta est. Et quis potuit in eius anima vel corpore locus esse vitiorum, quando sancti sanctorum est templum effecta?

Additur porrò, Dominus tecū, quia et virtus Patris illi singulariter obumbravit, et Spiritus sanctus cumulatissimè superuenit, et verbum caro factum ex illa, tanquam sponsus de thalamo suo admirabiliter processit. Ad hæc benedicta in mulieribus, quia virginitate sponsa simul et fæconditate mater existit, quam proinde summo iure beatam dicunt, semperque dicent omnes generationes. Mulier tota pulchra et immaculata, Virgo ante partum, in partu et post partum semper incorrupta, ab omni peccati labe libera, super celos omnes exaltata, quem nec minus viuificando profuit, quam infelix Eua obfuit mortalibus occidendo.

Et benedictus fructus ventris tui Iesus, ut qui ex Maria radice velut flos ascendens, et ipse quodammodo terræ fructum se præstítit, et æternæ salutis fructum ita membris suis, sicut vitis palmitibus succum et vigorem suppeditat. Vere beatus venter, qui portauit et edidit mundo Saluatorem: vere beata ubera, quæ de cœlo plena

Amb. in. 1.c.

Lu.

Lucæ. 1.d

Ioan. 1.b

Psal. 18.2

Hier. ad Eu-
stoc. & cōtraHeluidium.
Athan. ineuāg. de san-
cta Deipara.

Au. de nat. &

grat. c. 36.

Ioan. 15.2

Luc. II. d.

DE SALVAT I O N E
plena, filium Dei lactauerunt.

Et additur demum ab Ecclesia, Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus. Quippe sanctorum Patrum vestigijs insistentes, nō modo laudabilem & admirabilem illam Virginem, quæ sicut lily⁴ est inter spinas, salutamus, sed & eam virtute Dei auctam esse tanta credimus atque profitemur, ut possit¹ prodesse, fauere, an- nuere miseris mortalibus, dum hi præsertim se sua quæ vota illi commendant, ac diuinam gratiam matris intercessione supplices expetunt.

4 Cant. 2 a

1. Effrem de laudibus m^a triæ.

Iren. li. 5.
Nazian. in

cyp & in tra-
gœ. christus
patiens.

Fulgent. in
ser. de laud.
B. virg.

Anselmus d¹
excellentia.
B. virginis.
cap. 12.

Bernar. ser.
mo 2. dom.

i. post octa.
Epiph. & ser-
mon. i d Af-
sumpt.

i. Li. 5. cōtr.
hæres.

in Liturgia.

XIX.

Patrum de Maria Virgine te-
stimonia.

I Renæus.¹ Sicut Eua seducta est, ut effugeret Deum, sic Maria suasa est obedire Deo, ut virginis Euae virgo Maria fieret aduocata: & quemadmodum adstrictum est morti genus huma- num per virginem, soluatur per virginem æqua lance disposita virginalis inobedientiæ per virginalem obedientiam.

Chrysostomus. Ut verè dignum & iustum est glorificare te Deiparam & semper beatissimam & penitus incontaminatam Matrem Dei no- sumpt. stri, honoratiorem Cherubin, et gloriofiorem in- comparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem in Liturgia. Deum peperisti: verè Deiparam te magnifica- mus. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, be- nedicta

benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus vē
tris tui, quoniam Saluatorem animarum no= strarum peperisti.

Ambroſius. Sit nobis tanquam in imagine de scripta virginitas vitaque beatæ Mariæ, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies castitatis & forma virtutis. Quid nobilius Dei Matre? quid ſplēdidius ea, quā ſplēdor elegit? quid castius ea, quæ corpus ſine corporis cōtagione generauit? Talis fuit Ma= ria, ut eius vnius vita omnium disciplina fit.

Athanasius. Quando quidem ipſe rex eſt, qui sanct. noſtrā natus eſt ex virgine, idemque Dominus & Deus Deipara, eapropter & mater quæ eum genuit, & Regina & domina, & Deipara proprie & vere cēſetur. Iſta noua Eua mater vītæ appellatur, variegataq; permanet ad primitias vītæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum atque ite= rū & ſemper & undequaque beatissimam. Ad te clamamus, recordare noſtri sanctissima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permansisti. Ave gratia plena: Dominus tecum: beatam te prædicant om= nium angelorum & terreftrium hierarchiæ. Be= niedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vē tris tui: Intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

GREGORIUS NAZIANZEN.
O ter beata mater, ò lux virginum,
Quæ templa cæli lucidissima incolis,

Li. 2. de virgi ni.

in Euan de

in Tragœ. christus pa- tiens.

Mor-

DE CHARITATE

Mortalitatis liberata fōrdibus,
Ornata iam immortalitatis es stola:
Meis benignam ab alto aurem exhibe ver-
bis,

Measque virgo suscipe, obsecro, preces.

Ser. 2. de an-
nun. Domi-
ni.

Augustinus. Sancta Maria succurre miseris,
iuua pusillanimes, resoue flebiles, ora pro populo,
interueni pro clero, intercede pro deuoto faemī-
neo sexu: sentiat omnes tuū iuuamen, quicūque ce-
lebrant tuam commemorationem.

Ser. de Lau-
dibus Ma-
riæ.

Fulg. Facta est Maria fenestraceli, quia per
ipsam Deus verum fudit seculis lumen. Facta est
Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descen-
dit ad terras, ut per ipsam homines ascendere me-
reantur ad cœlos. Facta est Maria restauratio fœ-
minarum, quæ per ipsam à ruina primæ maledi-
ctionis probantur esse subtractæ.

Ser. 2. de ad-
uent.
Vide eundē
super missus
est. & in il-
lud Apocal.
Signū mag-
num appa-
ruit. item in
ser. de nati-
uitate Virgi-
nis.

Bernardus. Virgo regia ipsa est via, per quā
saluator aduenit procedens de ipsius utero, tan-
quam sponsus de thalamo suo. Per te accessum ha-
beamus ad filium, o benedicta inuentrix gratie,
genitrix vitæ, mater salutis, ut per te nos susci-
piat, qui per te datus est nobis.

CAPVT TERTIVM
DE CHARITATE ET
DECALOGO.

est

I.

Estne satis Christiano in fidei, ac spei doctrinā institui?

RE FERT summopere illum, qui Fidem ac Spem est consecutus, charitate quoque praeditum esse. Nam de his tribus coniunctim docet Paulus,¹ Nuc manent, inquit, Fides, Spes, Charitas; tria haec: maior autem horum est Charitas.

Magna certe Fides, quae satis esse querat ad motus transferendos, et patranda miracula: magna etiam Spes, salutis quedam galea et anchora quae proposita Dei bonitate, et premij magnitudine tum efficacem consolationem laborantibus, tum fiduciam singularem precantibus suggesterit. Maxima vero Charitas, ² virtutum omnium princeps, quae modum finemque nescit: nec morientes deserit, morte ipsa fortior, qua sine fides et spes Christiano quidem inesse, sed ad benem beatum; vivendum sufficere minime possunt. Vnde a Ioanne dictum est,

³ Qui non diligit, manet in morte, quoniam interim credat ac speret ille, ut fatuae virginis in euangelio nobis exemplo esse possunt.

II.

Quid vero est Charitas?

Virtus infusa diuinitus, qua sincere diligitur propter se Deus, et propter Deum proximus.

Diligendus enim praeceps est Deus in omnibus,

¹ Cor. 13.4

Matth. 7.12

1. Tess. 5.13

Heb. 6.14

² Prosp. II.

3. de vita co-

tepl. cap. 18.

Aug. in psal.

74.

idem tra. 5.

in epistolâ

Io. Ité in eu-

chir. ca. 117;

sermo. 53. de

tempore.

³ 1. Ioâ. 3.6

Matth. 25.12

Matth. 22.18

Lucæ. 10.6

DE CHARITATE

Et super omnia et propter se solum, ut qui unus summum aeternumque bonum existit, quod solum nostros explet animos: cuius amor et honor nostra tum voluntatis, tum actionis omnis initium et scopus esse debet.

Aug. homil. Deinde propter Deum amandus proximus, hoc est, citra discriminem homo quilibet, quando inter nos omnes proximi maximaque propinquitate coniuncti sumus, secundum eadem scilicet naturam humanam filiis Adae communem, et ob diuinam gratiam aeternamque gloriam cunctis, qui velint communicabilem.

37. & 38. ex 50.

i Augus. in psal. 118. con cione. 8.

III.

Quot sunt Charitatis præcepta?

Deut. 6. a
Matth. 22. d
Marc. 12. c
Luc. 10. c

Duo quidem summaria: quorum primum de diligendo Deo, sic in veteri nouaque lege proposuitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duabus præceptis vniuersa Lex pendet & prophetæ.

Rom. 13. c
Col. 3. c
1. Tim. 1. 2

Hæc charitas est plenitudo legis et summarie, hoc est, vinculum perfectionis: charitas inquam de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

Quo

III.

Quo indicio se prodit sincera charitas?

Probatio dilectionis seu charitatis, exhibitio
est operis, & diuinorum obseruatio mādato-
rū. Vnde & Ioānes C H R I S T O dilectus inquit,
Hæc est vera charitas Dei, vt mādata eius cu-
stodiamus & mādata eius grauia nō sunt. Et
rursum: Qui dicit se nosse Deum, & mandata
eius non custodit, mendax est, & in hoc ve-
ritas non est. Qui autem seruat verbum eius,
verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc
scimus, quoniam in ipso sumus.

Quin etiam Christus ipse docet, Si diligitis
me, mandata mea seruate. Qui habet manda-
ta mea & seruat ea, ille est qui diligit me.
Qui autē diligit me, diligetur à Patre meo, &
ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum.
Qui non diligit me, sermones meos non
seruat.

Greg. ho. 30.
in Euangel.
I. Ioan. 5. a

I. Ioan. 2. a

Ioan. 14. b. q

V.

**Quæ sunt mandata Dei ad Charitatem
præcipuè spectantia?**

Decem Dei verba, primum per Moysēm Iu-
dæis tradita, & deinde per Christū & Apo-
stolos Christianis omnibus commendata, quæ &
Decalogi nomen obtinuerunt, atque ita recensem-
tur: Ego sum Dominus Deus tuus.

Exo. 20. a. b

34. d

Leuit. 19. a. b

Deut. 4. a. b.

5. a. b. 10. a

Matth. 19. c

DE CHARITATE

- marc.10.c i. Non habebis Deos alienos coram me.
 Lucae.18.d Non facies tibi sculptile vt adores illud.
 Rom.2.b
 Gal. 3.b.5.c ii. Non assumes nomen Domini Dei tui in
 Iacob.2.b vanum.
 i.Tim.1.b iii. Memeto vt diem Sabbati sanctifices.
 Origenes in Exod. homi iv. Honora patrem tuum & matrem tuam
 Iia.8. vt sis longaeus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
 Aug.q.71.in
 Exod.& ser. v. Non occides.
 95. de tempo. vi. Non mœchaberis.
 & d̄ decem vii. Non furtum facies.
 chordis. viii. Non loqueris contra proximum tuum
 falsum testimonium.
 ix. Non cōcupisces vxorem proximi tui.
 x. Non domum, non agrum, non seruum,
 non ancillam, non bouem, non asinum,
 & vniuersa quæ illius sunt.

V L.

Quid sibi vult hoc exordium,
 Ego sum Dominus Deus tuus?

Deut.6.2. 4
 d.10.d
 malac.1.b,d
 Hier.32.c
 r̄salm.46.a
 matth.5. c
 matth.19.c
 Heb.5.c
 Rom.8.2
 Ioann.1.c

DEalogum exorditur Deus à notitia sui, &
 ab insinuatione Maiestatis suæ, vt cognitū
 Legislatorem magis reuereamur, eiusq; proposi-
 tis mandatis maior apud omnes authoritas cōstet.
 Nempe tam serio nobiscum agitur, vt si unquam
 salui esse velimus, hic velut in clarissimo speculo,
 diuinæ maiestatis voluntatem omnemq; recte vi-
 uendi rationem certò contemplémur, agnitiq;
 legem

legem illam sanctissimam adiuuante Christi spiri-
tu, accurate seruemus.

Nec enim præcipit solum, sed benedictionem Psalm. 83. b
quoque promittit, & opem tribuit noster Legis-
lator¹ Spiritum meum, inquit, ponam in me- ¹Ezech. 36. 6
dio vestri, & faciam ut in præceptis meis am-
buletis, & iudicia mea custodiatis & opere-
mini.

Quare cum Christus etiam præcepisset. ¹Tol 1 Matt. 11. d
lite iugum meū super vos, ne quis causaretur concil. Tri-
difficultatem, adiecit, Iugum enim meum sua- dent. sess. 6.
ue est, & onus meum leue, ijs videlicet, qui cap. II.
gratia spiritu imbuti, in charitate non ficiāt am- Chrysost. 65
bulant. ^{VII.} ad pop. & li.
Quid complectitur in se, primū præceptum? Basil. q. 126.
P Rohibet ac damnat idolatriam, obseruatio= cōpēd. expl.
nes superstitiones, usum etiam artis magicæ Aug. de nat.
vel diuinatoriæ. & gra. ca. 43
& 69.

Docet etiam atq; exigit, ut nullā prorsus crea- item serm.
turam quantumuis excellentem pro Deo habeā- 61. de temp.
mus, sed solum unum verum, aeternum, immen- Hie. in sym
sumq; Deum credamus & confiteamur, eiq; uni bolo ad Da
sacrificium & singularem summumq; cultum, masum.
quem Græci λατερῖον appellant, exhibeamus. Deut. 12. a. 4
b.c. 18. b

Hoc fit, ut super omnia colamus, inuocemus, 1. Reg. 28. 2
adoremus summum illud aeternumq; bonum, Opti Psal.. 113. b. c
imum maximum Creatorem, Redemptorem, Sal- Leuit. 1. f
uatorem, unum & immortalem Deum, qui est su- Au. li. 10. de
ciui. Dei. c. x

C 3 per Ioan. 4. c

Rom. 10. c 1. Ioann. 4. b. c Matth. 4. b Luke. 4. b

DE CHARITATE
per omnia benedictus, omnis gratiae et gloriae lar-
gitorem. VIII.

Quomodo præter Deum Sanctos colimus
& inuocamus?

Rom. i. a.
2. Cor. i. a.
Philip. 4. d
Coloss. i. a
Philem. b
Apoc. 5. b
3. Heb. ii. f.
Apoca. 5. b. c
& 7. c. d

D E sanctis, hoc est, sanctificatis & in Chri-
sto renatis omnibus hoc loco non agimus,
sicut Paulus hoc nomen ad Christianos omnes cre-
bro refert: sed eos intelligimus, qui vera suæ san-
ctitatis in cælo præmia sunt consecuti. De quibus
idem Paulus testatur, quod per Fidem vicerūt
regna, operati sunt iustitiam & adepti sunt
repromissiones.

2. Dionys. cap. i. cælest. hierar.
Grego. li. 12. Mor. ca. 13. &
3. 4. Dia. c. 33 Aug. de eura pro mortuis
cap. 16 Nazian. in Atha.
Orige. cont. Celsum. li. 8.
1. Hiero. in Vigil.
Bern. in vig.
Pet. & Paul.

Achic verè quidem sancti & immaculati sine
macula & ruga, haec præstantiora Ecclesiæ mem-
bra & electa prorsus organa diuini Spiritus, in
quæ peccatum ac malum iam nullū cadere potest.
Qui Sancti partim ex Angelica, partim ex huma-
na natura cōstant, creature quidē illæ omnium no-
bilissimæ ac beatissimæ, quibus datum est ut sum-
mis & æternis in cælo bonis affluat, & cum Chri-
sto Domino semper coniunctissimè viuant.

Igitur & illius gratia, quæ apud nos in terris
geruntur, possunt ² intelligere: & quoniam exi-
mia in fratres etiam absentes charitate flagrant,
salutis nostræ cura tanguntur, nobis perpetuo fa-
uent, & optant queq; salutaria, tantoq; studiosius
causam nostram agunt, quo sunt minus de seipsis
solliciti, ¹ quoq; maiorem sinceræ charitatis ac
virtutis

& serm. 2, de sancto Victore.

virtutis omnis, quæ beatis congruit, perfectionem
continenter exercent.

Est igitur cur hæc cœli lumina & ecclesiæ fir-
mamenta simul & ornamenta post Deum maxima-
veneremur: est cur sanctos hos præ cœteris mor-
talibus quantumlibet excellentibus, magni facia-
mus, prædicemus, imitemur, & amemus plurimū:
est cur eosdem tanta taliq; dignitate iā auctos ma-
gnis afficiamus honoribus, pro nostra quidem exi-
guitate: est deniq; cur eos ipsos pro Christiana pie-
tate compellemus ² siue inuocemus, nō sanè vt per
sel largiantur, sed vt apud Deum omnis boni lar-
torem nobiscum precentur, sintq; vel immerenti-
bus fauentes & efficaces intercessores.

Cuiusmodi cultus & inuocatio, si rectè fiat, ni-
mirum vt summus ille ³ cultus & honos summo
Deo debitus, quē λαργιάς diximus integre cōstet,
nihil sane habet incommodi neque cum scriptura
pugnat, sed firmis Ecclesiæ testimonijs comproba-
tur, multumq; affert utilitatis.

Quod autem hunc in modum sanctos colimus
& cum Ecclesia inuocamus, adeo Christi Saluato-
ris & Domini nostri gloriam non obscurat, vt
etiam magis illustret, amplificet, augeatq;. Hic e-
nim Christi redemptoris virtus eximia splendescit
ac gloria, quòd is non quidem in se tantum, sed in
¹ sanctis etiā suis est apparentq; potens, gloriosus,

C 4 mira-

Aug.lib.20.cont.Fatist.4.cap.21. & libr.8. de ciuit. Dcl.cap.27¹
¹ Psal.67.g Ioan.12,d Psal.158,d

² Basil. In-

40.marty.&c
in Mamātē.

Nazian. in

Cypr. Atha.

Basilium.

Ambr. de vī

duis, & fide

resur.

Chrysost.ho

66.ad popul.

Effrē de lau.

Ma.

Hiero.cont.

Vigil. & in

epitaph.Pau

læ.

Aug.de cura

p mort. c.4.

Bernard.ser.

66.in cant.

Theo. lib.8-

græc. affect.

& in Philo-

theo.

Prudent.in

Lau.7.syno-

act.6

³ Aug. II.10.

de ciui. Dcl.

cap.1.

DE CHARITATE

2. Chrysos. mirabilis: quod eosdem honorat ipse, nimisq; homi. 42. in norari vult in cælo & in terra: quod per eos iti-
Gen. & ser. de virtuti- bus & vitijs pe immerentibus. Nec enim obscurum est, quod
3. Gen. 26. 3 Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Hieremias, quan-
a.c quam defuncti viuis tamen profuisse legantur.

Exod. 32.c Vnde patres cum de Sanctis loquuntur, 4 suf-
3. Reg. 15.a fragatores eos & intercessores patronosq; no-
4. Reg. 19. g stros frequenter appellant. Nec immerito sanè, q;
2. Mac. 15.b Sanctorum fida suffragia cum humiliter & pie
4 Ambro. de viduis. & in Christi nomine implorantur, experientia teste
in Lucā.lib. multis opitulentur.

10.c.21. Leo Quare iam pridem damnati sunt, Vigilantia-
ser. 1. & 2. d ni, 5 qui sanctos & horum Reliquias⁶ sacras suis
Petro & Pau fraudant honoribus, quos illis Ecclesia tribuit or-
lo. Et in ser. de annuer. thodoxa.

Pontific. Nec audiendi etiam calumniatores, qui fingunt
Paulinus ad diuinum honorem in homines hac ratione trans-
Cyterium. ferri, Sanctos pro Diis adorari, creaturas creato-
Maximus d ri à Catholicis exæquari. Nā longè secūs rē habe-
Octauio, ad ueritatio & So re, cum alia multa conuincunt, tum vetus & solē
lutore. nis illa testatur supplicatio quam Litaniam vocat,
Basil. in. 40. ubi D E V S diuinæq; personæ primum, ac multo
Marty. quidem sublimius quam Sancti & Sanctorum or-
Cyril. li. 10. dines omnes coluntur & inuocantur: Hinc &
Thezau. ca. 10. illæ de Sanctis institutæ feriae, quas Augustinus
Aug. q. 108. aduersus

in Exod. 5 Hier. cōt. Vigil. & in epist. ad Ripa. 2. Synod. Nicæ,
6 Au. 22. li. de ciuit. Dei. c. 8. Damas. li. 4. ca. 16. Basil. in Plat.
325. Chrys. in Iguent. & Max. & in Babylam,

aduersus Faustum Manichaeum scribens ita defensit: Populus Christianus, inquit, memorias Martyrum religiosa solemnitate coelebrat, & ad exercitandam imitationem & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur.

IX.

Pugnatne cum hoc primo præcepto usus receptus imaginum Christi atque Sanctorum?

HAUD quaquam: quia non, sicut¹ Ethnici solent. Adoramus sculptilia, ligna, lapides, perinde ac Deos quosdam (id enim hoc præcepto cauetur maxime) sed more Christiano & mente pia Christum ipsum & Sanctos illic veneramur, ubi per imagines propositas nobis representantur.

Ita tum præsens, tum uetus² Ecclesia summo consensu docet commendans nobis pias & venerandas Imagines: ut quarum usum Apostolica etiā traditione commendatum acceperimus, & sacro sancta Patrum Synodo approbatum retineamus. Imò & veteri¹ Synagogæ suas Deus imagines dedit.

Quapropter damnatus² est error Iconoclasta

C 5 rum, Atha. d. pas.

imaginis. Greg.li.9.epi.9.&lib.7.indict. 2.epi.53.&.106. Damasc.li.4.c.17. Euseb.li.7.eccle hist.ca.14. Sozo.li.5.ca.21. Nicephor.li.2.c.7.&.43. Nicetas de imperio Manuelis. Cōnem.li.5. & Ioan. Con. Nilus de imagiuiib. & de ijsdem Damascenus. 1.Exo.25.b.37.a Num.7.g.3. Reg.6.c.d 2.2.Sy.Nic.a&t.7. Nice.lib.16.c.27. Greg.lib.9.epi.5.

Bernar. ser.
de. 4. modis
orandi.

Victor. li.3.
de persec.
VVandal.

Li. 20. cōtra
Faust.c.21.
1.Baruc. 6.d
Deut.4. 5.6.
10.

1.Reg. 2.2
Iudicū. 6. e
Sap.14.b.c
1.Cor.10. b.
8.b

2.Basi. d spi.
fan.cap. 18
Athān.ser.4
cōtra Arria.
3. 7.synod.
Itē. 8.fyno.
can.3.8.7
Aug.li. 1.de
consensu.
euān.c.10.

Dāmasc. in
vita Siluest.
Dāmasc. in
vita Siluest.

DE CHARITATE

rum, ut qui inter simulachra Deorum et imagines Christi atque Sanctorum discrimen nullum constituerunt: neque rationem temporis gratiae seu noctae Legis haberent, quo Deus homo factus imaginem similitudinemque suam initio a se creatam ipse induit, atque in ea se nobis representauit. Neque solum imperitus error, sed etiam nefandus istorum furor est, qui sacris e locis imagines ipsas et in his Dominicam quoque crucem ejiciunt, ac sacrilegis manibus sacra fere omnia, ubi possunt, demoliuntur.

X.

Quid nobis præscribit secundum
præceptum?

Leu. 19. e

Eccles. 23. b

cōc. Tolet.

8. can. 2.

3. Matt. 5. f

Iacob. 5. c.

Zach. 8. c

psal. 14. b

psal. 75. b

Eccles. 5. a

P rohibet abusum diuini nominis et irreuerentiam, que committitur a periuris, blasphemis, et per Deum, Sanctos, vel sacra temere iurantibus, contra illud, ³ Nolite iurare: sit sermo vester: est, est, non, non.

Deinde requirit, ut iuxta rectum linguae usum ingentem reuerentiam Diuino nomini exhibeamus, iuramenta seruemus, vota Deo et Ecclesiæ facta non violemus, denique ut verbum Dei tractemus reuerenter.

X I.

Quid imperat tertium præceptum?

P ostulat Sabbathum seu diem festum in Ecclesia, prijs operibus transfigi. Vult igitur ut ani-

mus tunc ad sit curis vacuus, qui se libere tranferat ad cultum interiorem & exteriorem Deo in fide, spe, & charitate præstandum. Vult ut expediti diuina meditemur beneficia, tractemus sacra, oremus & adoremus Deum cum priuatim, tum publice cum alijs in Spiritu & veritate.

Exod. 20. b.
31.c
Deut. 5.b
Leuit. 23.2
Hier. 17.d
Esaiæ. 56.b
Apoc. 1. c
Iohann. 4. c

Prohibet autem diebus festis laborare, operibus vacare mechanicis & occupationibus deditū esse prophanis, nimirum ut ocio sancto vacemus adeundo templum, & audiendo publicum Ecclesiæ sacram seu Missam, ex statam cōcionem, quemadmodum hoc præceptum obseruare pijs consueuerunt.

Aug. contra Adimant. ca. 16. & ser. 251 de tēp.

xii.

Quæ summa est horum trium præceptorum?

HAEC tria priora quidem præcepta, quæ sunt primæ tabulæ, nos eo instituunt, ut verum Deo cultum præstemus, interiorem scilicet & exteriorem corde, ore & opere, priuatim & publicè.

Orig. hom. 8. in Exod. Aug. quæst. 71. in Exod. Iosephus. li. 3. antiqu. c. 6.

Reliqua septem, quæ porrò sequuntur, præcepta secundæ tabulæ dicuntur, in hoc addita, ut nostrum erga proximum officium explicitent.

xiii.

Quid proponit & iniungit quartum præceptum?

Doge

DE CHARITATE

Ephes. 6.a
 Rom. 13.a
 Hebr. 13.c
 1. Tim. 2.a.
 6.a.
 1.Pet. 5.b
 1.Pet. 2.c
 1.Tim. 5.c
 1.Cor. 9.b
 Matth. 10.b
 Luc. 10.b
 Heb. 13.c

Docentur h̄ic filij, quid suis debeatē parentib⁹ bus, quorum & ope in hanc lucem editi, & labore liberaliter sunt educati. Docentur & subdit⁹, suum deferre officium maioribus, id est, omnibus qui dignitate & potestate quadam siue in politicis siue in ecclesiasticis magistratibus gerendis præcellunt.

Debent autem & illi parentibus, & hi maioribus suis tum interiorem, tum exteriorem quādam reuerentiam & obseruantiam, & opem itidē & obedientiam.

Vetatur præterea, ne quacumque ratione vel offendamus, vel contristemus personas eiusmodi sublimiores, siue verbis aut signis, siue factis id committatur.

X I I I .

Exod. 20.e
 Matth. 5.c
 Deut. 5.b
 Ephes. 4.g
 Psal. 4.d
 Rom. 12.a d
 Deut. 32.e
 Eccles. 28.a
 Hebr. 10.f
 Col. 3. b
 Ephes. 6.b
 Ephes. 4.g

Non solum externā prohibet cædem & vim omnem, quæ corpus & vitam proximi ledit, sed etiam iram, odium, rancorem, indignationem, vindictæ cupiditatem, & quosuis internos affectus ad proximi læsionem propensos amputat.

Requirit verò animi mansuetudinem, humanitatem, clementiam, comitatem, beneficentiam: nimis ut iniuriarum facile obliuiscamur, nec vindictam expetamus, sed ita condonemus, inuicem offensas, sicut in Christo Deus nobis donauit.

Quid

XV.

Quid habet sextum præceptum?

Prohibet fornicationem, adulterium & omnem concubitum illegitimum, ac impurā qualēcunque libidinem.

Caueri prætereā, ex præscindi vult occasio-
nes, quæ carnis libidinē irritant ac fouent, vt sunt
obscœna verba, cantilenæ inhonestæ, gestus im-
pudici.

Requirit ex aduerso fidem in coniugio, tum pu-
dicitiam omniem, siue cordis in cogitationibus, ex
desiderijs, siue corporis in lingua, facie, oculis, au-
ribus, tactu atque in omni demum habitu cultuq;
exteriore, vt siue soli, siue cum alijs viuamus, non
modò luxus & intemperantiæ notam effugiamus,
verum etiam modestiam, frugalitatem continen-
tiamq; sedulo exerceamus.

XVI.

Quid docetur in septimo præcepto?

Prohibetur omnis rei alienæ illicita contracta-
tio & usurpatio per furtum, rapinam, simoni-
niā, usuras, lucra iniusta, dolum malum, & quos-
uis contractus alios, quibus fraterna leditur cha-
ritas, ac proximus fraude circumvenitur.

Exigit è regione hoc præceptum, vt in omni
negotio seu commercio iniolata seruetur aequi-
tas, & proximi utilitas, sicuti se offerat occasio
quacunque ratione ac ope nostra promoueatur.

Quid

- Matth. 5. e
- Eccles. 41. a
- 1. Cor. 6. b. d
- Ephes. 4. g.
- &. 5. a
- 1. Pet. 5. a
- 1. Thes. 4. a
- Heb. 13. a
- Tob. 4. b
- coloss. 3. b
- Ephes. 5. a
- Esaï. 3. c
- Eccles. 9. a. b
- 1. Tim. 2. c
- 1. Pet. 3. a
- Esaïx. 3. c. d
- Amos. 6. b
- Iacob. 5. a
- Eccles. 3. e
- 1. Tim. 5. d

DE CHARITATE

XVII.

Quid in octauo præcepto compræ-
hensum est?

Leuit. 19. b. c

Exod. 23. a

Deut. 5. c. 16.

d. 19. c. 27. c

Prou. 12. c. 4.

d. 24. c

Iacob. 4. c

3. a

1. Pet. 2. a

Ephes. 4. g

Prou. 17. b. c

18. b

Matt. 12. c

Col. 3. b

Ephes. 4. g

Deut. 5. e

Eccles. 5

Matt. 5. d

1. Thes. 4. a

Iacob. 1. a

Esaiae. 1. c

Ephes. 4. f

col. 3. c

Eccle. 18. b. c

Prohibemur eo falsum dolosumue testimoniu[m] in quenquā proferre & quoquo modo proximi causam in iudicio subuertere, vel etiā extra iudicium famam illius lēdere: quod sanè fit à susurribus, detractoribus, maledicis, criminatoribus et adulatoribus. Breuiter, omne mendaciū, & omnis linguae contra proximum abusus hic interdicitur.

Docemur interim de proximo benē, & commode loqui, nempe ad illius defensionem & utilitatē sine fuso, simulatione, infidiliſſuc.

XVIII.

Duo postrema præcepta quid continent?

VEtant concupiscētiam uxoris, ac rei alienae: ut non solum ab uxore aliena, illicitis commercijs, & externa apertaq; iniustitia nos abstineamus sed etiam ne voluntate quidem noceamus cuiquam aut nocere deliberemus.

Igitur hoc utrumque præceptum cordis sinceritatem & benevolentiam erga omnes integrum esse vult, ut quæ in rem & salutē proximi cedūt, optemus ex animo, neque cupiditati unquam cum leui alterius iniuria consentiamus.

XIX.

Quo demum referenda sunt mandata Decalogi omnia?

Ad

AD Charitatē, quam nobis geminam due illae Exod. 32. b
Tabulæ, quibus Dei digito mandata hæc in= &.34.a
scripta fuere, commendant. Docent enim prime
mandata, quæ ad Charitatem Dei: mādata verò se
cundæ Tabulæ, quæ ad charitatem proximi spe=
stant.

Igitur ex his decem duo quidem priora id fa= ciunt, ut quæ vitia cultui honoriq; Dei maxime aduersantur, Idololatria scilicet ac perjurium im primis caueamus.

Tertium porro mandatum admonet, verum pu rumq; cultum corde, ore ac opere fideliter exhibendum esse. Quod sanè ubi rectè obseruatur, so lus vtique Deus in omnibus & super omnia diligi tur ac honorificatur.

Iam summa Præceptorum, quæ ad proximū di ligendum pertinet, vel hoc uno constat,¹ Quod 1.Tobiæ.4.e tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Cui respon det illa Christi sententia:² Omnia quæcunq; vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim Lex & prophetæ.

x x.

Quæ sunt fraternæ Charitatis officia
& argumenta?

DE his Paulus ita differit:³ Charitas pa- 3 1.Cor.13.b
tiens est, benigna est, Charitas non
æmulatur, non agit perperam, non
inflatur, non est ambitiosa: Non quærit quæ
sua

DE CHARITATE

sua sunt, non irritatur non cogitat malum
non gaudet super iniquitate, cōgaudet autē
veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia
sperat, omnia sustinet.

Lucx.22.c

Christus verò, vt seipsum nobis veræ perfectæ
q; charitatis exēplum præbeat, in postrema illa cæ
1.Ioan.13.b na, quā präclaris suæ charitatis indicijs mirè con
diuit, tam serio dixit: ¹ Mandatū nouum do vo
2.Ioan.15.d bis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt
& vos diligatis inuicem. Ac iterū: ² Hoc est
præceptum meū, vt diligatis inuicem: sicut di
llexi vos. Quod tāti est sani momēti, vt Paulus af
3 Rom.13.a firmet, ³ Qui diligit proximū, legē impleuit.

Igitur ut hūc de Charitate locum oraculo Di
4 Deut.30.d uiho absoluamus. ⁴ Elige vitam, vt & tu viuas
& semem tuum: & diligas Dominum Deū
tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæ
reas. Ipse enim est vita tua, & longitudo die
rum tuorum.

Tum ne quisquam dubitet euāgelicam Christi
doctrinam hac in parte cum Lege quadrare, dictū
g.Matt.19.b illud à Christo meminerimus: ⁵ Si V I S ad vitam
ingredi, serua mandata.

Et alibi post commendata Charitatis præcepta
& opera, idem hæc verba subiungit. H O C F A C
Luc.10.c & viues. ¹ Non enim auditores legis iusti
1.Rom.2.b sunt apud Deum, sed factores legis iustifica
buntur.

Ex hisce factoribus erant Abel, Noe, Abrahā, Zacharias, & ceteri, quos scriptura iustos apud Deum fuisse testatur, ut qui opere & veritate Deum proximumq; diligenter.

Quare Dāuid inter eos haud postremus & sancte gloriabundus canit: ² Viam mandatorum tuorum cucurri, cūm dilatasti cor meū: ³ Dillexi, seruauui, custodiui mandata tua & testimonia tua: ⁴ In custodiendis illis retributio multa: ⁵ Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.

DE P R A E C E P T I S

ECCLESIAE.

I.

Sunt ne præter Decalogum alia præcepta Christianis obseruanda?

SVNT vtique, quando Legislator & Magister noster Christus non solum docuit præcepta Decalogi, sed etiam in uniuersum præcepit, quæ ad obedientiam Apostolicis & Ecclesiasticis mandatis præstandam spectant.

Hinc extant Euangelicæ illæ sententiæ: ¹ Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. ² Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: ³ si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Vbi summum, atque extremum iudicium Christus defert, deferritq; iu-

Gen. 6. b. 7. 2
In oratione
Manassis.
Sapien. 10. b
Matth. 23. d
Iob. 13. c
Lucæ. 1. a
Iacob. 2. d

2 Psal. 118. d
3 Ibid. 10. a
4 Psal. 18. c
§ Psal. 118. c

Iacob. 4. c
Matth. 23. b
Matth. 19. c

1 Ioan. 10. c
2 Lucæ. 10. c

3 Matt. 18. c

4. 3. Reg. 8. b bet ad Ecclesiam, id est, 4 ad Ecclesiæ præpositos homil. 61. in & Rectores, sicut Chrysostomus interpretatur, Matth. & verba Euāgelij mox sequētia declarant atque conuincunt.

3. 1. doli Proinde nec frustra scriptum est de Apostolo
3 Act. 15. c Paulo: Perambulabat Syriam, & Ciliciā con-
& 16. 2 firmans Ecclesias, præcipiens custodire præ-
cepta Apostolorum & Seniorum.

II.

Cuiusmodi porrò sunt Apostolorum Senio-
rumque præcepta quæ Paulus custodire
iussit?

De Eccl. Hie
rar. ca. 1.

Et Basil. de
Spiritu fæct.
cap. 57.

I. Ioan. 4. b

PAULI discipulus Dionysius Areopagita testa-
tur, duplicitis ea generis: utpote, partim scri-
pta, partim non scripta esse. Ad utrumque genus
pertinet quod Ioānes affirmat Euāgelistā, Qui
nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo,
nō audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum
veritatis, & spiritum erroris.

Ac primum quidem genus, quod literis manda-
tur, scriptisq; legibus constat, satis est perspicuum
quia libris canoniciis constat.

Posteriorius verò circa præcepta & instituta ex-
versatur, quæ uno Traditionum nomine compre-

1 Cypria. de hendi, & sic à Patribus nuncupari solent. Non
ablut. pedū. enim scripto, uti superiora, sed viua voce tradi-
Hier. cōt. Lu ta, & veluti per manus à Maioribus ad nos trans-
cifer. Chrys. missa, Ecclesiaq; commendata retinentur.
in. 2. ad Tes-
sal. 2. Estne

III.

Estne vtrunq; hoc præceptorum genus
obseruatu necessarium?

EST planè, si doctorem Paulum sequimur ita
præcipiētem: State & tenete traditiones,
quas didicistis, siue per sermonem siue per
epistolam nostram. Vnde laudat *hoc nomine* ^{1. Cor. ii. b.}
Corinthios, quod Apostolica præcepta, quæ viua
uoce tradita iam acceperant, sedulò custodirent.
Tum admonet *Theſſalonicenses*, ut ab omniſe fra
tre subducant, qui inordinate, & non secundum
traditionem ab Apostolis acceptam ambulat. ^{2. Tess. 3. b.}

Atque hoc est, quod sacrosancta Synodus N^o
cœna diuinæ scripturæ consonans, verbis tam lu
culentis expreſſit: Oportet nos Ecclesiasticas Tra
ditiones, siue scripto, siue consuetudine in Eccle
ſia retentas, unanimitate & inuiolabiliter obſer
uare. Et apud Cyprianum legimus, non minus ra
tum esse, quod dictante Spiritu sancto Apostoli
tradiderunt, quam quod Christus ipſe tradidit. Si
cut enim pars est Spiritui sancto & Christo diui
nitas: ita utriusque in suis institutis æqua est au
toritas & potestas. ^{2. Nicen. cōf. Ico no mach. actio. 7. Item. 8. Syn. can. I.}

IV.

Quomodo cognoscemus, quæ sint Aposto
licæ & probatae in Ecclesia Traditiones?

DE his nobis regulam obseruatu dignam ^{In epi. ii. 8. ad} Januariū. c. 1.
Augustinus præscribit. Illa, inquiens, quæ

DE PRAECEPTIS

non scriptæ, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commenda

Lib. 4. ca. 24. ta atque statuta retineri. Sic idem contra Donatistæ & ser. 14. de statas, imò Hæreticos omnes differens, hoc grauiter verbis Apost. admonet, Quod uniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutū, sed semper retentū est, non nisi auctoritate Apostolica traditū certissime creditur.

Serm. 2. dñe iun. Pentec. Cui Leo ille Magnus, consonans ait: Dubitan-

dum non est, quicquid in Ecclesia in consuetudine est deuotionis retentum, de Traditione Apostoli-

1 In. ca. 6. ad ca, & de Sancti spiritus prodire doctrina.

Roma.

2 Lib. 10. de gene. ad lit. ca. 23. & ser. Cuiusmodi sunt traditiones Apostolicæ quæ Christianis veniunt obseruandæ?

3 De Eccle. Hierarc. c. 7. **14. de verb. Apostoli.** **E**xempla satis multa apud Patres extant, &

4 De exhort. castita. ad castita. eos quidem, qui vel ante mille annos fidem publicā meruerunt. Nimisrum secundum Traditionem Origenes¹ & Augustinus² docent, Paruu-

los esse baptizandos.

5 Ad Marcellam cont. er. Mont. Dionysius³ & Tertullianus⁴ ostendunt, precatio-

nones & oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

6 Cont. Aërium hæref. Hinc Hieronymus⁵ & Epiphanius⁶ statas Ec-

7 In offi. Me diolanen. cleiae ieunctiones, præsertim Quadragesimæ obseruandas esse commonstrant.

8 In Liturgia. Sic etiam Ambrosius⁷ & Chrysostomus⁸ eo-

rum

rum dignitatem adstruunt, quæ in sacro Missæ officio solenniter peraguntur.

9 Lib.4.c.17

Tum præter, Damascenum Patres, quos Ni- o Cōtra Ico cēna ° Synodus secunda citat, eadem ratione te= nomachos. stantur, quod Christi & Sanctorū eius Imagines deceat venerari.

Demum, vt ceteros omittamus, Magnus ille De Spiritu Basilius ob traditionem retineri vult sacrū Chris sanct.e.27. ma, aliasq; solennes ceremonias, quæ Sacramen- tis sanctissimis adhibentur.

Et addit Basilius: Si instituta consuetudinesq; non scriptas tanquam in eis vis magna non insit, semel repudiare aggrediemur, clām ac pēdeten- tim ratas ipsas Euangelijs sentētias improbabimus, aut potius ad inane nomen eius prædicationem cō Cap.29. trahamus. Sed Apostolicum existimo ait, ijs etiam Traditionibus, quæ scriptæ non sunt, inhærere.

VI

Quantum hodie circa Traditiones Aposto- licas & Ecclesiasticas aberratur?

Plurimum, dum eas plerique contemnunt, aliij negligunt, aut certè pluris non faciunt quam Politicorum magistratum constitutiones: et hæc instituta esse hominum fingunt, quæ vel obserua- re, vel omittere, liberum sit, exiguaeque aut nullius omnino frugis: ipsi adiáphore vocant.

Sunt qui uniuersas fere Traditiones eiusdem esse pōderis volunt, atque adeò fœdè commiscent

DE PRÆCEPTIS

Matth. 15. a
Coloss. 2. b
2. Tess. 2. d
Matth. 18. c
Act. 15. c
1. Rom. 13. a
Matth. 22. c
23. a
Luc. 10. c
2. 1. Petr. 2. c
Rom. 13. a
Tit. 3. a
3. Heb. 13. c
4. Matt. 23. a

Scrip*ture* loc*a*, perinde ac idem sit iudicium de Traditionibus Pharisaiis & Apostolicis, de Iudaicis & Ecclesiasticis, de priuatis seu particula*ribus*, & ijs quæ totius Ecclesiæ cōsensu receptæ, communiq*p*; piorum us*u* tot seculis comprobatae, ac veluti per manus ad nos transmissæ ubique se*r*è gentium comperiuntur.

VII.

Quid verò de ijs iudicandum, qui Ecclesiæ traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

HO S verbum Dei redarguit ac damnat, cum traditiones obseruandas esse decernit, cum iubet Ecclesiam audire, & Apostolorum Seniorumq*p*; præcepta custodire. Verbum Dei est, ¹ quod subiicit nos Magistratibus cum Politicis tum Ecclesiasticis ² modestis iuxta & discolis propter conscientiam: vult illorum legibus & reuerentiam & obedientiam deferri maximam. ³ Obedite, inquit, Præpositis vestris, & subiacete eis: ⁴ Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum polite facere.

Quapropter isti non tam homines spernunt, quum Deum ipsum Opt. Max, quem in Apostolis eorumque successoribus audire ac reuereri sane reportebat. Igitar planè verbo Dei resistunt, dum potestati ex ordinationi Dei resistūt, & hinc sibi

damna-

damnationem acquirunt; si Paulo credimus.

Rom.13.2

Nimirum diuina est istae ordinatio, quæ nec aboleri potest humana auctoritate, ut certis legibus, iisq; partim scriptis, partim nō scriptis, quas¹ Apostolica nobis commendat Traditio, Ecclesia regatur, dogmata conseruentur, Religio vindicetur, alatur concordia, disciplina retineatur.

VIII.

Quid Patres hac de re iudicarunt?

ORigenes, qui celebris & peruetustus est auctor, in hæc verba scripsit: Hæreticus nobis habēdus est omnis ille, qui Christo se credere proficitur, & aliud de Veritate Christianæ fidei credit, quam habeat definitio Traditionis Ecclesiastici cæ. Tum idem alibi: Illa sola credenda est veritas, inquit, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat Traditione. Et Hieronymi verbum est: Ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Ecclesiasticæ, præsertim quæ Fidei non officiunt, ita obseruandas, ut à maioribus traditæ sunt.

I. Basil. de
Spirit. sanct.
cap.27
Au.li.4.cot.
Donat.c.24.
& lib.2.ca.7

lib.5.cap.23.
& 26.
Epiph. hære
si.55.

Euseb.lib.3.
eccles.histo.
cap.36.

In ca.3.Epis.
ad Titū:quā
etiam Pam-
philus citat.
Ire.li.4. c.43

Augustinus verò ita docet: Si quid Diuinæ Scripturæ prescribit auctoritas, non est dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus: similiter etiam si quid per orbem frequenter Ecclesia. NAM HOC quin ita faciendum sit disputare, insolentissime insanie est. Accursius idem: In his rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi DEI, vel instituti Maiorum

Lib.1.Periar
chon in Pro-
œmio.

Ad Luciniū.

Epist.118.c.5
Ad Casula-
nū epist. 86.
Dist.ii.ca.1m

pro lege tenenda sunt. Et sicut prævaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiastica-
rum consuetudinum coercendi sunt.

Lib. de præ- Demum Tertullianus, doctissimus ex antiquis-
scrip. hæreti, simus Ecclesiæ scriptor, toto libro aduersus eos di-
fputat qui nihil quod literis sacris nō sit expres-
sum admittunt, grauiterq; contendit traditiones
& obseruationes quasdam Ecclesiasticas esse non
scriptas, que non possint nisi ab Hæreticis repu-
i. Corin. ii. c diari. Si quis autem videtur contétirosus esse
(ut Paulinis verbis utamur) nos talem cōsuetu-
dinem non habemus, neq; Ecclesia Dei.

IX.

Agè verò, quid est Ecclesia?

Rom. 12. b **E**CCLESIA est omnium Christi fidem atq;
1. Cor. 13. b doctrinam profitentium uniuersitas, quam
1. Petr. 5. b Princeps Pastorum Christus, tum Petro Aposto-
Ioan. 21. e lo, tum huius successoribus pascendam tradidit
Matth. 16. c atque gubernandam.
Concil. Flo-
rent.

Iren. lib. 3. Quare nomen Ecclesiæ non merentur, sed fal-
cap. 3 so arrogant sibi Hæretici & Schismatici omnes,
Optatus li. 2 qui et si fidē atque doctrinā C H R I S T I profiteri
Aug. ep. 165. videtur: tamen summi Pastoris ac P̄tificis, quem
tra. partē Do-
natist. C H R I S T V S ouili Ecclesiæ loco suo præfecit,
& in Psal. cō & perpetua successione in Romana Ecclesia
natist.

Matt. 18. d Hanc Petri Cathedram, hunc Ecclesiæ prima-
tum qui negant & oppugnāt, primum illi quidem
Christi

Christi magnificas promissiones³. Petro factas,
 & mysticas regni cælestis claves illi vni traditas,
 aliaq; multa de Petro Apostolorum principe, ore,
 vertice scripta non intelligunt: Deinde pacem Ec-
 clesiæ ordinemq; certum manifestè perturbant,
 quæ absque summo Antistite & huius præellen-
 ti auctoritate nec rite gubernari, neq; in vni-
 tate atq; contra portas inferorū soliditate neces-
 saria diu contineri posset. Postremò Patribus ho-
 rumq; Synodis & scriptis de hac illustri Ecclesiæ
 noti consentientibus, imò & totius orbis Christia-
 næ confonē voci detrahunt impudenter.

Agnouit hanc Ecclesiam eiusq; dignitatem
⁴ Hieronymus, cuius hæc verba sunt: Qui Petri Ca-
 thedræ iugitur, meus est. Agnouit¹ Optatus Afer,
 qui Petri Cathedram inter veras Ecclesiæ notas
 primam esse testatur. Agnouit² Augustinus, qui
 apertè scribit, in Romana Ecclesia semper Apo-
 stolicæ Cathedræ principatum viguisse. Agnouit
 Cyprianus³ qui omnium hæresum & schismatum
 pullulantū causam in eo statuit, quod vni & sum-
 mo sacerdoti ac iudici vice Christi non obtempe-
 ratur. Agnouit⁴ Ambrosius, vt dixerit, se in om-
 nibus cupere Romanam sequi Ecclesiam.

His autem omnibus antiquior, & Apostolico-
 rum temporum vicinus vereque Apostolicus vir

D 5 Irenæus

² Epist. 162. 90. 165 ³ Li. i. Epif. 3. & lib. 4. epif. 9 ⁴ Li. 3. d. Sacra. c. 1

3. Ioan. 21. e
 Luca. 22. c
 Matth. 16. e
 Cypr. de
 simp.
 In. c. 16. Mat.
 Hilar. Hier.
 & idem. li. 1.
 in Iouinian.
 Cyr. in Ioā.
 li. 2. c. 12.
 Au. tract. in
 Ioan. 56. &
 124.

Orig. homi.
 2. in diuers.
 euāg. & tract.
 6. in Matth.
 Basil de pæ-
 nitent.
 Chrys. ho-
 mil. 87. in
 Ioā. &. 55. in
 Matt. Item.
 9. de pænitē-
 tia.
 Leo. ser. 3. in
 anniuers.
 Pont.

4 Ad Dama-
 sum.
 1. Li. 2. cōt.
 Don.

5 Lib. 3. ca. 3. 5 Irenæus tale tribuit elogium Ecclesiæ Romanae
 Tertul. de Ad hanc, inquit, Ecclesiam propter potentiores
 p̄fsc. h̄eret. principalitatem, necesse est omnem conuenire Ec-
 Cyp. libr. 4. clesiam, hoc est, eos qui sunt vnde fideles, in
 epist. 8. & li. qua semper ab iis qui sunt vnde, conservata est
 1. epi. 2. ea quæ est ab Apostolis, traditio.
 Basil. epis. 52.
 Theo. lib. 2.
 hist. c. 4.
 Ber. epi. 19. &
 li. 2. d. cōfid.
 Concil. Chal-
 ce. action. 3.
 1. Cor. 12. d.
 Ephes. 5. f.
 Ioan. 14. 16.
 & 17.
 Matth. 28. d.
 &. 16. c.
 Psal. 12. b
 1. Tim. 3. d
 Psal. 22. a
 Ioann. 10. c
 1. Tim. 3. d.
 Cypr. de sim-
 plici. prælat.
 Matth. 16. e
 Ephes. 2. d.
 Psal. 86. a
 Matth. 6. c
 1. Apoc. 21. a
 Psal. 86. a
 Matth. 5. b
 Isaïe. 2. a
 Malach. 3. c

X.

Quænam Ecclesiæ dignitas est atque
auctoritas?

Multis & eximijs sanè dotibus, promissionib-
 us ac beneficijs illustrat Deus Ecclesiam
 suam, qua nihil habet in terris charius. Hanc usq;-
 que ornat, conservat, defendit, vindicat.

Hac porro constituit esse domum suam, in qua
 omnes filij Dei foueantur, doceantur & exer-
 ceantur.

Voluit esse columnam & firmamentum veri-
 tatis, ut de illius nō dubitemus doctrinæ, quæ tanquam
 Magistra, custos & interpres veritatis, fidem at-
 que auctoritatem obtinet inviolabilem.

Præterea fundatam esse supra firmam petram
 decreuit: ut certi essemus, eam immobilem incon-
 cussamq; stare atque inferoru etiam portis, hoc
 est, grauiissimis aduersariorum impugnationibus,
 inexpugnabilem præualere.

Demum vult eam sanctissimam quandam es-
 se ciuitatem supra montem positam, omnibusq;
 conspicuam atque aditu facilem: ne quis eareli-
 gatur.

Et pestiferis Hæretorum speluncas latebrasq; confectetur, & falsis illis vocibus: Ecce hic est Christus, ecce illic, forte percussus, ab ea diuer-
tat aut dimoueatur.

Hæc est quam Scriptura nobis proponit atque commendat, Christi² amica, soror & sponsa uni-
ca: pro qua redimenda, mundanda, sanctificanda,
congreganda, & prorsus adiungenda sibi, Filius
Dei nihil nō fecit ac pertulit, ut corpus etiam san-
guinemq; suum sacro sanctum illius amore trade-
re non dubitaret.

Pro hac rogauit & impetravit, ut fides, unitas
& firmitudo eius deficeret nunquam¹. Huic pro-
misit fideliterq; transmisit & reliquit Doctore, Presidem ac rectorem Spiritum sanctum.² ille,
inquit, docebit vos omnia, ille suggesteret vo-
bis omnia, quæcunque dixerit vobis³ ille
manebit vobiscum in æternū:⁴ ille docebit
vos omnem veritatem, quæ videlicet scitu cre-
dituq; est necessaria.

XI.

Per quos tandem nos docet Spiritus in Ec-
clesia veritatem?

PE R eos planè quos Apostolus testatur à
Spiritu sancto, ut ecclesiam regant, esse con-
stitutos, quales vocat Episcopos, Prepositos, Pa-
stores itidem atque Doctores. Et hi post Aposto-
los fuere semper, ac etiamnū sunt primarij Dei
Ecclesie Psal. 44.

Act. 1.b
Psal. 21. f
1. Ioan. 2.c
Matt. 24. b &
ibidē Orige-
nes trac. 229.
2. Cant. 4.b
& 6.b
Ephes. 5.e
Ioan. II.e

Ioan. 17.e
Luc. 22. c
Matth. 16.e
1. Ioan. 14.b
d. 15. d. 16.c
Acto. 2.2
2. Ioan. 14.d
3. Ibidem. b
4. Ioan. 16.c.

Act. 20. f
1. Tit. 3. a
Heb. 13. c
Ephes. 4. c
1. Cor. 12. d
5. Augu. in

DE PRAECEPTIS

1. Corin. 4. a Ecclesiæq; ministri, & summi dispensatores my-
6 Can. Apost. steriornm Dei.

38. Conc. Ni-

cæ. &c.

Sozom. li. 6. cris⁶ Synodis quām maxime cernitur, ubi de fi-

c. 7.

Cyril. epis. 4. de ac religione illi nō modo definire quædam, sed

Basil. Imper- suo etiam iure, ac pro auctoritate Apostolica con-

rat. in. 8. Sy-

no. act. 10. testari possunt, ac dicere, VISVM EST SPIRI

Athan. in e- TV IS ANCTO E T NOBIS, sicut ex actis

pist. ad solit constat primi cōciliij¹ Hierosolymis celebrati. Cer-

Russ. li. 1. ec- vitā agētes. tur crimen, si quis iudicio summi sacerdotis, qui

cl. histor. c. 5. Moysi regebat Cathedram, non obtemperasset.

1 Actor. 15. e

Matt. 25. a clesia, quām tunc Synagoga in regendo, iudican-

2 Deut. 17. b do ac decernendo auctoritatem. Quod ius obedien-

c. & Cypr. li. di manebat Iudeis, etiam Christianis incumbit, ut

1. epi. 3.

sacerdotum præcellenti dignitate præstantium, iu-

dicia de his quæ ad Religionem pertinent, reci-

pantur, approbentur atq; obseruentur.

Quapropter magno se illi crimine contami-

nant, qui Magistratibus ecclesiasticis auctoritatē

& obedientiam adeo non deferunt, ut etiam con-

uellere & oppugnare palam audeant, iam quidē

3 Dist. 19. per totum. Hier. sacras summorum Pontificum sanctiones, penes

ad Dam. &c. 9 quos³ de sacris definiendi suprema semper pote-

quæ.³ stas fuit: iam verò venerandas Conciliorum gene-

4 Epist. 118. ralium constitutiones, quorum in Ecclesia, ut Au-

dist. 10. &c. 13. gustinus loquitur, ⁴ saluberrima est auctoritas: iā

Item. Greg. demum

li. 1. epi. 24

demum certas Patrum de Fide sententias, quorum in re una communis sensus atque consensus firmum est testimonium Christianæ veritatis. Illud præclarè dictum est à pijs Imperatoribus, ² In iuriariam facit iudicio Synodi, si quis semel iudicata et rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendit.

⁵ Vineet: Lirinen. contra Nouat.

² In actio. 3. Concil. Chalcedon.

Gelasius in epi. ad Episc. Dardan.

Ber. epist. 191 Leo epis. 43. 50. & 78.

XII.

Quorūm verd spectat Diuina isthæc ordinatio, vt Pastores & Doctores

in Ecclesia conseruentur?

NO N parūm utilis ac salutaris est nobis Diuina hæc ordinatio, qua potestas & Hierarchia Ecclesiastica Politicos Magistratus omnes lögè ² antecellit. Est enim potestas hæc spiritualis, qua Christianus populus ad spiritualia æternaque bona consequenda maximè promouetur.

² Chrysost. li. 3. de Sacerdot. itē, Ambro. in exhort. ad virginines & in li. d dignit. Sacerdotali. cap. 2. Ignatius ad Smyrnenses.

³ Prodest in primis, vt Pauli verbis utamur, ad consummationem sanctorum, hoc est, vt qui illa potestate funguntur, exhibeant omnem hominem perfectum in Christo, sicut idem Paulus alibi loquitur, suoq; studio fideles ad sanctitatis, in quam vocati sunt, perfectionem adducant.

³ Ephes. 4. c Colos. 1. d

Prodest etiam in opus ministerij, vt qui sunt & dicuntur ministri præcipui Ecclesiæ, habeant ⁴ quod vigilent ac curent semper pro concrediti sibi summi munieris ratione.

² Cor. 13. d
1 Thes 4. b
4 act. 20. b
Hebr. 13. c
cyp. libro. 1.
epi. 9.

Prodest præterea in ædificatione corporis Christi,

Ephes.4.e
1.Corin.3.b

Christi, ut norint hi spirituales & sapientes architecti, circa corpus Christi mysticum, quod singularē in ædificando contentionem requirit, cōtinēter sibi esse versandum, ut iā veræ fidei fundamenta iacent ac confirmant, iam reliqua fidelibus ac perfectam iustitiam necessaria superstruant.

Ephes.4.d

Prodest demum, vt nos simus paruuli fluctantes, & circumferamur omni vēto doctrinæ in nequitia hominum. Hoc est propter imbecilliores, qui semper in Ecclesia sunt plurimi, necessarium est munus antistitium ecclesiasticorū præsertim hæresum ventis ac persecutionum procellis in ecclesiæ domū irrumpentibus. Tum enim opus est præsente eorum præsidio, qui pro auctoritate velint & possint arcere lupos, oves defendere, zizania extirpare, & sana confirmare dogmata, ne simplices alioquin fallacium ac perditorum hominum verbis, scriptis & exemplis à via veritatis regia seducantur, quin potius ut omnes veritatem nos modò cognoscentes, sed etiam facies, in illo caput est Christus, grandescant atque proficiant, ut idem Paulus adiunxit.

Ephes.4.d

XIII.

Quo pacto insignes hos fructus consequemur?

Rom.12.2
Ephes.4.2

ITA nimirum, si non altè sed sobriè sapimus, solliciti semper seruare unitatem Spiritus

tus in vinculo pacis, ut nos met oues Christi humili Ioan. io. a. &
les obedientesq; præstemus.

Quarum sane ouium¹ illud est proprium, Lu-
pos fugere: nec alienos, sed suos Pastores sequi, il-
lis velut Ordinarijs: ouilis Dominici Præfectis se Matth. 10. c
se submittere, in illis audire spiritum Veritatis. 2 Marc. 23. 2
Is est, qui per² malos etiam præpositos Domini= Philipp. i. b
cum gregem docere, pascere & conseruare dig= Ioan. ii. g
natur: quiq; per eosdem, tum Dei Patris, tum Ec= Matth. 18. c
clesiæ Matris præcepta nobis his verbis commen 3 Prou. i. a
dat:³ Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne 4 Prou. 6. e
dimittas legem matris tuæ. Et rursus idem in= i Concilium
culcans: ⁴ Conserua, inquit, fili mi præcep- Lugd. apud
ta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Iuonemp. 4.
ca. 14

X I I I .

Quæ sunt præcepta Ecclesiæ?

P Ræcipiunt quinque numerantur, cuiq; Christia-
no & scitu, & obseruatu certè necessaria.

1. ¹ Statutos Ecclesiæ festos dies cele-
brato.
2. ² Sacrum Missæ officium diebus festis
reuerenter auditio.
3. ³ Ieiunia certis diebus, temporibusq; in
dicta obseruato, ut in Quadragesima, quatuor
anni temporibus, & Festorum quorundam solenium
pridianis diebus, quos Maiores nostri, quod ijsde
temporibus in templis noctu per uigilaretur, Vigi-
lias ⁴ appellarunt,

21. c

1 Ioan. 10. 2b
Tit. 3. a

Hebr. 13. c

Matth. 10. c

2 Marc. 23. 2

Philipp. i. b

Ioan. ii. g

Deut. 17. b. c

Prou. i. a

4 Prou. 6. e

Mogüst. can.

36. &. 37

Ignat. ad Phi-
lip.

2 Concil.

Agath. c. 47.
& 21.

Ité. i. Aure.

c. 28

² Aure. c. 283 Can. Apost
68.

Gangres. an.

19.

Igna. ad Phi.

Mogüst. can.

34. &. 35. Sa-

5 Pec-
legüst. can. 2

DE P R A E C E P T I S

- I**gnat.ad Phi lip.
Bernardus in vigilia Sancti Andreæ.
Vide Bur chardum. li.
13. & Iuonem p. 4.
4. Tert. li. 2.
 ad vxorē. &
 in Apologet. **H**æc & eiusmodi reliqua Ecclesiæ tum
5. Synod. La teranen. c. 21
6. Ibidem. **H**æc & eiusmodi reliqua Ecclesiæ tum
 in instituta, tum præcepta tot seculis recepta,
 magnoq; piorum consensu, & usu confirmata,
 pietati atque rationi valde consentanea, insignes
 secundum adferunt commoditates.

- 7.** Phil. 4. b
1. Cor. 14. e. f.
1. Matth. 5. b
Rom. 15. a
Phil. 2. a. c
2. Cor. 14. g
- Sunt enim Fidei, humilitatis & obediëtiae Christianæ salutaria exercitia; honestam disciplinam & concordiam popularem promouent: Religio- nis pulchra existunt symbola: notas præbent de- dum & indicia interioris nostræ pietatis, quibus ad ædificationem & bonis collucere, & malis prælucere oporteat.

Breiter hæc eò nos promouent, ut Apostoli- cus ille Canon, ² Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis, ad unguem obserue- tur.

X V I.

Vbi necessaria est nobis Ecclesiæ auctoritas?
Primùm in eo quidem, ut scripturas canonicas & veras ab adulterinis certo discernamus.

Vnde

Vnde testatur Hieronymus: Nouum & vetus testamento recipimus in illorum librorum numero quem sanctæ ecclesiæ Catholicæ tradit auctoritas. Et⁴ Augustinus: Ego verò, inquit, Euangeli non crederem nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoveret auctoritas.

Deinde ut constet de vero scripturæ sensu et apta interpretatione: ne alioquin sine fine dubitamus ac disceptemus de verborū sententia. Omnes enim Hæretici, ut scripsit idem⁶ Augustinus, ex sacris scripturis falsas atque fallaces opiniones suas contantur defendere. At qui non in legendis sed in intelligendo Scripturæ consistunt, Hieronymo¹ teste.

Tertio, ut in grauioribus de Fide quæstionibus atque controversijs, que possunt incidere, iudex ad sit, atq; legitima illius auctoritas interponatur. Ut enim verissimum est, quod contra Hæreticos docet Epiphanius,² à Diuina scriptura non posse accipi omnia: ita rectissime August.³ illud affirmat: Palam est, quod in re dubia ad fidem & certitudinem valeat auctoritas Ecclesiæ Catholicæ. Non enim deesse potest Ecclesiæ Spiritus, qui ipsam in omnē ducat veritatē, sicut Christus ipse⁴ promisit.

Rursus ut pro ratione personarum, locorum & temporum Canones, ⁵ constituatur, disciplina

E integra

⁴ Ioann.14. b. d. & 16. c ⁵ Canon. Apost. 38. & Synod. I. Ni
eæn. cap. 6 Lateranen. cap. 6.

³ In symb.
ad Damasū.
Conc. Laod.
cap. 59.

Conc. 3. Car.
cap. 47.
Concil. Flo.
Conc. Trid.
Iess. 3.

⁴ Cót. epis.
Manich. c. 5
Vincēt. Liri.
cót. nouato
res.

⁵ Aug. lib. I
ca. 33. contr.
Cretcou.

⁶ Libr. I. de
Trinit. cap. 3
Hilar. libr. 2
ad Constantium, & Vin
cen. Liri.

¹ Cót. Lu
ciferanos,
& in ca. I ad
Galat.

Deut. 17. b
Act. 15. b. c.

² Hæresi. 61
³ Libr. II. cō
tra Faust. c. 2.

DE PRAECEPTIS

integra cōseruetur, ac iura dicantur. Dedit enim
2. Cor. 10. hanc potestatē Deus Ecclesiæ¹ ad ædificationem,
b & non ad destructionem.

Matth. 18. e

2 1. Cor. 5. b

1. Tim. 1. d

Libr. de fide

& operibus

ca. 5. & lib. 3.

cont. Parme-

nianum. c. 2.

Præterea, ut quam Christus instituit coercen-
 di & excommunicandi potestatem, qua² Paulus
 etiam est usus, per uicaces sentiat ipsaq;
 corrigan-
 tur & comprimantur. Hinc Augustinus: Eis, in-
 quis, per quos Ecclesia regitur, adest, salua pace,
 potestas disciplinæ aduersus improbos aut nefar-
 rios exercendæ.

Igitur in his omnibus, ut cætera omittamus, Ec-
 clesiæ auctoritatē nō solū utile, sed etiā necessaria
 esse constat, ut sine illa quidem nihil aliud Chris-
 tiana Respublica, quam cōfusio Babylonica pos-
 sit existimari: Prōinde sicut scripturæ propter

3 1. Pet. 1. d

1. Tim. 3. d

Matth. 18. c

Ioan. 14. b. d

& 16. c

Act. 2. a

Ephes. 4. a

4 1. Tim. 3. d

timonium Diuini Spiritus in illa³ loquentis crea-
 dimus, adhæremus ac tribuimus maximam auto-
 ritatem: sic Ecclesiæ fidem, reuerentiam, obedien-
 tiamq; debemus, quod eo ipso Spiritu à CHRISTO
 capite, spōsoq; suo informata, dotata simul & con-
 firmata sit: ut non possit non esse quod dicitur,
 4 columna & firmamentum Veritatis.

XVII.

Quis est doctrinæ totius de Ecclesiæ præ-
 ceptis ac traditionibus usus ac fructus?

Ingens profecto est ac varius. Atque primus
 quidem, ut intelligamus, nos solis literis seu
 scripturis diuinis minimè allegari. Quid enim (ut

Irenæi

Irenæi verbis utanur) si neque Apostoli quidem Lib.3.c.4:
 scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat or Item Vincen-
 dinem sequi Traditionis, quam tradiderunt ijs qui Lirinen.
 bus committebant Ecclesiæ? Itaq; luculenter dixit
 Basilius: Dogmata quæ in Ecclesia seruantur ac Lib. de Spiritu
 prædicatur, quædam habemus è doctrina scripto tu sancto, ca-
 prodita: quædam rursus ex Apostolorū traditio- pit.27.
 ne in mysterio, id est, in occulto tradita, recepi-
 mus. Quorū vtraq; parem vim habent ad pietatē,
 nec his quisquam contradicit, quisquis sanè vel
 tenuiter expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica.

Neque dubium esse potest, quin Christus & Apo- Ioann. 20. g
 stoli multa tum egerint, tum docuerint, quæ et si & 21.f
 scripta quidem non sint, ad nos tamen posterosq; Augst. epist.
 maximè pertineant: De quibus generatim Paulus 108.
 admonens, ¹ De cetero Fratres, inquit, quæ- I Philippi
 cunque sunt vera, quæcunque pudica, quæ- ses.4. b.
 cunque iusta, quæcunque sancta, quæcun-
 que amabilia, quæcunque bonæ famæ, si
 qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogi-
 tate. Quæ & didicistis & accepistis, & audi-
 stis & vidistis in me, hæc agite, & Deus pa-
 cis erit nobiscum.

Proximus est, recte uti Christiana libertatem, Galat. 5. b
 quam homines ocio luxuq; capti, si unquam alias,
 nunc maximè dant in occasionem carnis ut Apo- 2.Petr. 2. §
 stolus loquitur: illius prætextu, fœdis volupta-
 tibus inseruiunt, & quicquid ferè libet, etiā circa

DE PRAECEPTIS.

Religionis instituta mutanda, id licere sibi arbitrantur. At qui ab ista profana nouitate ac temeritate nos reuocant, tuentur, deterrent Apostolica & Ecclesiastica dogmata simul & instituta: que frenum iniiciunt humanæ licentiae, docentq; conuenienter uti Christiana libertate: ita nimurum, ut nos à iugo peccati & à seruitute veteris legis per Christum liberi effecti, ultrò libenterq; prestemus Christianum officium, seruiamus Deo in iustitia & sanctitate, ducem sequamur Spiritum in lege Charitatis, Iustitiae serui, obedientiae filij, humilitatis cultores, patientiae custodes, pœnitentiae & crucis amatores.¹ Vos, inquit Apostolus, in libertatem vocati estis Fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per Charitatem Spiritus seruite inuicem. Ad quā Spiritus Charitatem sanctæ seruitutis obsequio & alendam, & conseruandam cūm honesta cuncta prosunt, tum ingens pondus adferūt piē obseruatæ ecclesiæ Traditiones. Postremus est, ut verū inter legitimos et nothos Ecclesiæ filios seu inter Catholicos & Hæreticos discriminē inde accipias.

Basil. de Spi
ritu sanct. ca
pite,²⁷ mus. Illi enim simpliciter in doctrina Ecclesiæ sue scripto ea nempe biblicis literis tradita sit, sue Patrum Traditione comprobata, acquiescunt. Se quuntur enim Verbum Dei: ² Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.

Au. epist. II. 8.

1. Petr. 1. c
Roma. 6. d
Galat. 3. b. &
4. d
Rom. 8. a
Coloss. 3. c
Lucæ. 1. g
1. Cor. 9. c
1. Petr. 1. d
1. Pet. 2. d
Lucæ. 21. d
Marth. 4. c
& 16. d
1 Gal. 5. b

Hi verò, qui sunt Hæretici, ab hac simplicitate Fidei, & à venerāde matris Ecclesiæ, sanctorūq; Patrum probata sententia discedunt, nimiumq; sibi, vel desertoribus Ecclesiæ fidunt, adeoq; ne moniti quidem resipiscunt. Quare Paulus de ijs tā serio sanxit, dum ait: ¹ Hæreticum hominem ¹ Ad Titū post vnam & secundam correptionē deuita, ^{3.2} sciēs, quia subuersus est, qui huiusmodi est. Atque ut cum Cypriano concludamus, quisquis ^{Ad Pōpefū.} ab Ecclesiæ unitate discesserit, cum Hæreticis ne- cessere est inueniatur.

XVIII.

Quæ demum est summa omnium
superiorum?

QUAE à principio quidē hucusque tractata Augu.lib.2.
sunt de summa Christianæ doctrinæ, Retract.c.63
eò spectant, ut vera Christiani hominis Sapientia 1.Cor.13. d
constituatur: quæ tribus illis virtutibus, Fide, Spe
& Charitate comprehenditur. Et fide ² quidem ² Heb.11.a
veritati Dei firmiter assentitur eiq; innititur ani= Gal.5.a
ma. Spe autem proprius adhuc apprehendit bonita Rom.8.g
tem Dei Fide iam cognitam atque conceptam: Cha Ioann.14. e
ritate demum Deo proximoq; propter Deum con Roma.13.c
iungitur & unitur.

Ceterum de Fide nos docet Symbolum Aposto-
licum, dum ea proponit, quæ maximè sunt creden-
da & profitenda Christiano. De his verò quæ spe-
randa & desideranda, precatio nos instituit Do-

Aug. in En-
chirid. ca.7.

DE PRAECEPTIS

mlnica, ac Charitatem porrò spectant, quæ duas
bustabulis Decalogus exhibit.

In ca. 4. Epi.
ad Roma.

Præclarè igitur Origenes : Puto, inquit, quod
prima salutis initia, & ipsa fundamenta Fides est;
profectus verò & augmenta ædificij Spes : perfe-
ctio autem & culmen totius operis Charitas.

Lucæ. II. d
Rom. 2. b
Lucæ. 6. f.
Matt. 7. c. d
19. c. 25. d
Ioann. 15. a
Matth. 10. c
& 24. b

Illi ergo beati, qui audiunt & custodiunt ver-
bum Dei, quiq; voluntatem Patris cognoscunt &
faciunt, in Fide, Spe et Charitate duce Christo am-
bulantes atque perseverantes.

Et hactenus pro instituti quidem nostri ratio-
ne satis de summis illis virtutib. quæ cum diuini-
tus infundantur, ac diuinos mortales faciant: iure
quidem Theologicæ nuncupantur, recteq; ad Sa-
pientiam Christianam referuntur.

XIX.

Anne aliud quicquam ad doctrinam
Christianam spectat?

Etiam huc enim planè spectat doctrina de sa-
cramentis, ut norint Christiani, quibus veluti
instrumentis diuinitus institutis habeant opus ad
Fidem, Spem & præcipue Charitatem accipien-
dam, exercendam, augendam, conseruandam ac
etiam reparandam.

Adde q; neq; Sapientia neque Iustitia Christiana
constitui, ac retineri absque Sacramentis potest, ut
sine quibus Religionem uniuersam extingui pror-
sus necesse sit. Habent igitur ea sublimem in do-

Et h̄a Christiana locum, & necessariam quoque tractationem.

CAP. QVARTVM DE SACRAMEN-

T I S.

I.

Cur de Sacramentis docendi sunt
Christiani?



VIA Sacramentorum cognitio ex
usus facit, ut illi accepta ex Iesu
Christi meritis gratia, que per Sa-
cramenta ipsa confertur legitimè
exerceantur, & conseruētur, atque
promoueantur in diuino cultu.

Ad.Tit.3.b.
Ioan.3. e.6.
f.&c. 20. f.

II.

Quid & quotplex est cultus Diuinus?

CVLTUS Diuinus dicitur, quem Christianus tan Augu.li. 10.
quam præcipuum ac sumnum obsequium de ciuit.Dei
debet ac præstat Creatori ac Saluatori suo Deo cap.i
Opt.Max.

Neque enim est dubium, hominem ea potissi- Prou.16.2
mum causa, ut Deum purè integrèq; colat, & Geñ.1.d
initiò conditum, & postea redemptum, atque ad id 2.Cor.5.c
omnino destinatum esse. I.Tess.5.b

Diuinus autem cultus est duplex: interior, & Aug. iu En-
exterior. Interior, quo per intellectū & affectū chir.cap.30
Deo coniungimur, Fide, Spe & Charitate, vt

DE SACRMENTIS.

Matth. 5. b antea dictum est, perficitur. Exterior est profes-
 Roma. 12. d sio quædam cultus interioris, quem externis qui-
 1. Cor. 14 busdam et visibilibus signis ritibusq; declaramus.
 1. Psal. 15. a Deus enim,¹ qui honorū nostrorum nō eget, quip
 1. Tim. 6. d pe beatus, per se totusq; perfectus, tamen sicut to-
 Matth. 5. g tum ipse hominem tum corpore, tum animo con-
 Gen. 2 b stare voluit, sic eundem quoque totum, hoc est, se-
 Prover. 16. a cundum omnem sui partem reposcit, à quo synce-
 Luc. 10. c Matth. 22. d rē studioseq; colatur; anima quidem secundum in-
 1. Cor. d teriorem, uti docuimus: corpore verò secundum
 Psalm. 83. a 2 Augus. in exteriorem cultum cum interiore coniunctum,
 Psal. 73. & li. 19. cont. Fau quod multis sanè modis, sed vel maximè, et salu-
 stum. cap. II. berrimè per usum Sacramentorum præstatyr.

Item li. 3. de Sic enim diuinæ visum est sapientie, mortalium
 doct. Christ. se imbecillitati accommodare, suamq; ² virtutem
 cap. 9. q. 84. per quasdam externas res et signa quæ sensibus
 super Leuit. percipiuntur, exercere. Animus quippe noster im-
 33. in Nume mortalis, in hoc obscurò et caduco corpore velut
 ros.

Tertull. de carcere quodam inclusus, sensuum ministerio plu-
 tesur. carnis rimū vtitur, neq; citra hoc¹ adminiculum ad di-

Gregor. in uina capessenda solet assurgere. Itaq; tum in vete
 primū Reg. ri, tum in noua lege Sacra menta multaq; ad cultū
 Libr. 6. cap. 3. externum pertinentia instituit Deus, ac Dei popu-
 1 Chrysost. lus semper obseruavit.

homi. 60. ad pop. Antio.

III.

Quid est Sacramentum?

2 Bern. ser. de Coena Do mini,

E ST ² Diuinæ et inuisibilis gratiæ exter-
 nū et visibile signum à Christo institutum,

ut per id quisque dei gratiam accipiat, atque san Aug.li.3. de.
cificationem. Doct.Chris.

Quare non quæuis signa sunt, quæ Ecclesiæ Sa c.9.
*cramenta dicuntur; sed certa, sacrosancta & ef*ficacia signa, Christianis ex Diuina institutione
& promissione commendata. Ambr.li.4.
de Sacram.
cap.4. Concil . Fla
rēt. &c. Trid.
sess.7.

*Signa³ quidem idci: co. quoniam externa qua*dam specie & similitudine id nobis referunt &
declarant, quod per ipsa Deus nobiscum inuisibili= 3 Au.epis.23
liter atque spiritualiter agit. & de cate-
chiz.rudib⁹.

Certa⁴ verò, sacrosancta simul & efficacia si gna, quoniam indubie quam gratiam significant,
etiam cōtinent conferuntq; ad nostram sanctifica tionem. Sacramenta enim quantum in se est, (vt
¹ Cyprianus loquitur) sine propria esse virtute
*nō possunt, nec ullo modo Diuina se absentat Ma*iestas mysterijs, quamvis etiam ab indignis² admi
nistrarentur.

Vt exempli causa, in Sacramento Baptismi ex terior ablutio, quæ sordes corporis purgat, effi-
cax est Symbolum interioris ablutionis, utpote te stimonium præbēs indubitatum, quòd Spirituali-
ter anima purificetur. Sic res aliæ visibles & ex terne, ut oleum, panis viniq; species, quarum in
Sacramentis necessarius est usus, aptè nobis con- nis.
stituuntur tum ad significandum, tum ad conferē dum homini Diuinam gratiam, animæq; salutem,
modo ad hæc non indignè³ accedatur.

4 Au. in Ps.
 73.&c. 77. &c.
 1.19.cōt. Fau
 stum. c. 12.

13.&c.16.

1 Ser.de Cœ
 na Domini.

2 Aug. li.3.
 cont, Dona
 ti.c.10.&li.
 5.c.19.

Tit.3.b.

Rom.6.a

1.Cor.6.c

Tertul.in li.

de resur.car

3 Prosper

sentēt.69.ex

Aug. in. Ps.

142.

DE SACRAMENTIS

- ¶ Conc. Flo ren.** Per baptismum⁴ etenim regeneramur & ren-
Ioan.3.2 nouamur: per confirmationem augemur & robo-
Tit.3.b ramur: per Eucharistiam nutrimur & reficimur:
Act.8.ca.&c per poenitentiam restituimur & sanamur in vita
2.b spirituali in qua per reliqua itidem Sacra-
Ioan.6.f menta, pro sua cuiusq; ratione iuuamur atque prouochia-
Ioan.20.f mur, ut suo deinde loco aperiemus.

III.

Quibus partibus constat vnumquodque Sacramentum?

- Concil. Flo rent.** **V** Erbo et elemēto. Per Verbū hīc intellige cer-
Au. tract.80. ta quædam & determinata verba in quibus
 in Ioan. ipsa consistit forma, quam vocant Sacramentorū.
 Per elementum accipe res externas quæ vera ma-
 teria sunt Sacramentorum, ut aqua, oleum, panis,
 vinum & eiusmodi.

Iam his partibus perfectè sumptis adiungun-
 tur reliqua, quæ ad cuiusque Sacramenti tum ido-
 neā collationem, tum dignā susceptionē spectant,
 videlicet institutio Diuina, minister idoneus, inten-
 tio recta in ministro: Fides, in suscipiente, ex si-
 quæ sunt huius generis alia.

V.

- ¶ Conci. Flo rent.** **Quot sunt Sacra-
 menta?**
- Constat. 15** **S** Eptem, ¹ quæ à Christo per Apostolos accepia-
 & Trident. conseruauit, ac fideliter dispensauit hucusque
Cant.4.c Christi sponsa, & columna veritatis Ecclesia.
1.Tim.3.d Sunt autem hæc: ² Baptismus, Confirmatio, Eu-
2.Matt.28.d charistia,

charistia, Paenitentia, Extrema unctio, Ordo & Matrimonium.

Nec refert sane si eiusmodi vocabula in Scripturis non extent omnia, modò de re ipsa constet, ac Sacramentorum veritas & virtus Diuinis testimonijs approbetur. Quanquam ea, quæ vniuersalis Ecclesia ex Apostolorum traditione retinet, atque conseruanda commendat, etiam si in Scriptura diuina non reperiantur, plenam apud nos fidem, ut antea docuimus, habere merentur. Ac de singulorum quidem Sacramentorum institutione postea suo loco.

Vix autem eorum, ut fidissimus Scripturæ interpres Augustinus² inquit, inenarrabiliter valet plurimum, & ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Atque, ut idem alibi³ docet, contemptor visibilis sacramenti inuisibiliter sanctificari nullo modo potest,

VI.

Quare instituta sunt Sacraenta?

PRIMUM, ut sint præsentissima remedia contra peccatum, quod lethalis est animæ morbus, ac nisi hoc tempore curetur, perpetuam adfert damnationem. Quamobrem hæc longè præstant legis antiquæ Sacramentis, virtute vtique maiora, utilitate meliora, numero pauciora, intellectus augustiora, obseruatione faciliora, significatione præ-

Actor. 8 c

Matt. 26.c

Ioan. 20.f

Iacob. 5.c

Timo. 4.d

Ephes. 5.g

1 Au. li. 4.cō

tra Don. ca.

24. & li. 2. c.

7. li. 5.c. 23

Itē. epi. 118.

cap. 1.

Chrys. in po

stre. epist. ad

Thessal. ho-

mil. 4

2 Li. 19. eōt.

Faustū. c. II.

3 Super Leui
ticū. quæ. 34

Sap. 16.b

Eccl. 21.a

DE SACRAMENTIS

2.lib.19.con præstantiora, quæ præterquam quod significant,
etiam Faustum etiam sanctificant, ac salutem dant: ut è Scriptu-
ca.13 Et li.3. ris Augustinus¹ optime colligit.
d doct. Chri

stiana. ca.9. Secundò, vt habeamus certa efficaciq; signa

Item.ep.118. Diuine erga nos gratiæ & volūtatis, quæ dum in
c.1 sensus externos incurruunt, non solum excitant fi-

Rom.9.2 dem in Christum Deique misericordiam & bonitatem,

Tit.3.b tem, verum etiam viuifica sunt instrumenta, per

Ioan.6. f.&c. que visum est Deo salutem nostrā efficaciter ope-

20.a 2 Aug.li.4. rari, Ut præclarè dictum sit² iam olim, per seip-
contra Do - sum quoque Sacramentum multum valere.

nat.c.24 Tertio, vt³ extent velut symbola & externe

3 Idem li.19 notæ Christianæ professionis, quibus Dei & Eccle-

cot. Faustū. si& filij se mutuo agnoscant, vtque in unione, hu-

de vera Re- militate & obedientia se fructuosè exerceant &
ligione.

contineant, atque ita unius religionis necessarijs
quasi nexibus & foederibus inter se inuicem ma-
neant collegati : Alioquin sine Sacramentis
nec constare, neque discerni satis vlla Religio
potest.

VII.

Quid verò sentiendum est de Sacramētorū
ministris?

1.Cor. 4.2 **I**Ta planè sentiendum est de illis, tanquam mi-
Elaiz. 51. c nistris Christi & dispensatoribus mysteriorū
Num. 1.g. Dei, qui portant vas a Domini, tabernaculoq; de-
3.Reg. 8.c seruiunt, qui & sacris ex professo præsunt, eaq; iure quodam administrant. Non enim omnibus in
differenter

differenter, sed sacerdotibus & Episcopis in cū= Concil. Ni-
bit, ac diuinitus iniunctū est, Sacra menta confice= cēn.c. 14
re, dispensare vel administrare.

At ne putemus unquam ex vita et probitate mi-
nistrorum Sacra menta pendere, hanc nobis Regu-
lam prescribit¹ Augustinus: Non ideo veriora & ^{1 Cont. Cres-}
sanctiora sunt Sacra menta quia per meliorem mi-
nistri antur: illa namque per se ipsa vera & sancta
sunt, propter verū & sanctū Deū cuius sunt: Et
rursus:² Memento Sacra mentis Dei obesse nihil
mores malorum hominum, quō illa vel omnino nō
sint vel minus sancta sint. Suffragatur his Ambro-
sij³ illa sententia: Non merita personarum consi-
deres, sed officia Sacerdotum: puta in administra-
tione Sacra mentorum. Nam & per indignos con-
suevit Deus operari, & nihil propter Sacerdotis
vitam Sacra menti gratia lreditur, Chrysostomo
⁴ teste.

VIII.

Quid iudicandum de Cæremonijs
præcipue quarum solennise est
vſus in Sacra mentis?

Cæremoniæ ab Ecclesia probatæ, ritus⁵ ^{5 Ioā. 9. 2. 11e}
quidem sunt externi, religiose ac decenter
instituti: Primum, ut signa, testimonia & exerci-^{f. 20. e}
tia sint cultus interioris, quem Deus⁶ in primis re- ^{Mar. 7. d. 3. e}
quirit.

Deinde, ut viua extent Religionis incitamenta ^{6 Ioan. 4. c}
quibus

DE SACRAMENTIS

3 Leo epist. quibus fragilitas humana, ceu adminiculis fulcia-
21. ad Dioſ- tur, & ad sacra mysteria tum capessenda, tum re-
 coe. tinenda veluti manu ducatur.

Innocēt. ad Postremo, ut quæ ad cultum Diuinum promo-
 Decētiū Eu gubi. epis. i. uendum, & ad disciplinam³ concordiamq; conser-
 Tol. Cōcil. **4** uandam publicam pertinent, honestè ac decenti-
 can. **2** quodam ⁴ ordine sicuti Apostolus iubet, in Eccle-
 4.1. Cor. 14. ^g Philip. 4.2 b sia peragantur.

5 Hiere. **6. d** Eæ verò cæremoniæ, quarum est usus in Sacra
 Prou. **2. d** mentorum administratione, quasq; veluti per ma-
6 Basilde Spi nus traditas ex cōmendatas nobis ⁵ à Patribus ⁶ ac
 ritu sanct. **c.** cepimus, ingenti præcipue studio retineri & ob-
 27. seruari debent. Nam præterquam quod decorum
1 Tertul. de illæ Sacramentis afferunt, & reuerentiam qua-
 corona mili dam conciliant, singulari¹ quoque antiquitatis cō-
 mendatione nobis sunt venerande.

Dyonis. de Eccl. Hie-
 rar. perto-
 tum.

2 Am. de ini tiandis myf. grauitate atque dignitate plenam, vt sanctissimi
 Augu. & alij doctissimiq; ² Patres annotarunt. De his demū
 paſſim. Vi- alijsq; id genus, præclare ita ³ Damascenus: Que
 de Isidorum tot secula seruat inconcussa, minimè vana sunt,
 d offic. eccl. **3** In serm. de sed utilia, Deo placita, salutiq; nostræ conducibi-
 defunctis. lia plurimum.

Rident interim Sectarij cæremonias, que Sa-
 cramentis adhibentur: sed ipsi magis ridendi, aut
 potius deplorandi, quod cæco iudicio & hostili-
 odio

odio (peſſimis cōſultoribus) freti, aduersus veritatem clariſſimam bellum gerant. Certè de Baptiſmi cæremonijs vel antiquiſſimi Theologi nobis testātur, ¹ Dionyſius, ² Clemens, ³ Tertullianus, ⁴ Origenes, ⁵ Cyprianus, ⁶ Basilius, ¹ Chryſoſtomas, ^{* Cyriſſus.}

¹ Dionyſ. c. 5
eccl. Hierar.
² Clem. 3. e-
pift.
³ Tertul. de
corona mili-
tis.
⁴ Ori. hom.
¹² in Nume.
⁵ Cyp. lib. x.
epi. 12.
⁶ Basil. d. Spi-
ritu sanct. c.
^{27.}
¹ Chryſoſt.
hom. de Adā
& Eua.

Nugentur licet ac blaſphemēt impij: magno quidem Patres illi consensu commendant abrenū ciationem, exorcismos, aquam benedictam, sacrū Chrifma, crucis signaculum. Ante annos bis sexcentos ferè ſcripſit Basilius ¹ in hunc modum: Coſecramus aquam Baptiſmatis, et oleum unctionis, & præterea eum, qui Baptiſtum accipit.

Verū de Cæremonijs, que Sacra‐mentis omnibus adiunguntur, ſigillatim admonere, ut longum eſt, ita difficile, & huic quidem iuſtituto haud neceſſarium. Quin & aperte fatetur Origines, ² in Ecclesiasticis huiusmodi obſeruationibus eſſe nō nulla, que omnibus quidem facere neceſſe fit, ratio nem autem eorum, cur ita fiant, nondum ſatis eſſe compertam.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

I.

Quid eſt Baptiſmus, & an cunctis necessarius?

Eſt hoc nouae legis primum & maximè neceſſarium Sacra‐mentum in ablutione corporis

cler. I. t. c. 27
& fid. li. 2. d
offic. eccl. c.
20.
² Hom. 5. in
Nume.

DE SACRAMENTIS

- Acto. 2. f corporis exteriore, & legitima verborum enunciacione iuxta Christi institutionem consistens.
 Marc. 16. d
 Ioan. 3. e Necessarium, inquam, Sacramentū non solum
 Tit. 3. b 3 adultis, sed etiam paruulis, ac simul eis efficax
 Matt. 28. d ad salutem eternam consequendam. Nascentur
 Ephes. 5. f 3 Cōcil. Late omnes irae¹ filij: opus igitur habent, etiam paruu-
 ran. can. 1. & li, emundatione peccati, nec possunt absque² hoc
 Mile. can. 2 Sacramento mundari, & in filios Dei regenerari:
 Dionys. d ec Nā & generatim Legistator edixit: ³ Nisi quis
 cl. Hierar. c. 7 renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, nō
 1 Ephes. 2. a potest introire in Regnum Dei. Alibi⁴ vero
 2 Au. i epis. Non est voluntas ante Patrem, qui in cælis
 28. & li. 3. de est, vt pereat vñus de pusillis istis. Perirēt⁵ au-
 aia & eius o tem non baptizati etiam paruuli, sicut olim in Sy-
 rigi cap. 9. 3 Ioan. 3. b nagoga Hebræorum pueri⁶ incircuncisi.
 4 Matt. 18. b Iam cùm sit vnum¹ Baptisma Christi fideliū,
 5 Au. d nupt. hoc semel acceptum, nefarium² est prorsus itera-
 & cōcupiscē re, quicquid demum prætexant iam olim³ damna-
 tia li. 1. c. 20. ti Anabaptistæ: Cum Synodo Nicæna dicendum
 & ep. 28. est, Confiteor vnum baptismā in remissionem pec-
 6 Gen. 17. b catorum. Et cum Augustino,⁴ Rebaptizare here-
 1 Ephes. 4. a 2 Heb. 6. a ticum hominem omnino peccatum est: rebaptizare
 3 In concil. re autem Catholicum, inimicissimum scelus est:
 Cant. 1. can. quod iccirco, Cæsareis etiam legibus *prohibe-
 1. & Vienn. tur.
 4 Epist. 203
 *C. li. 1. Ne
 sanctūbapt. Quæ circa hoc Sacramentum præcipue
 iteret. sunt notanda?
 II.

Elementum abluiens, eiusq; significatio, verbum & effectus Baptismi. Ioann.3.b
Ephes.5.f

Elementum est aqua simplex, materia ad hoc necessaria, quæ natura sua fides corporis ablueret solet. Cui hæc pulchrè respondet significatio, Baptismo animam emundari peccatis, & hominem, ut dicemus, iustum effici.

Verbū, quo Sacramenti forma consistit, ex Christi præcepto sic habet: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Cōci. Later.
& Florenti.
Matth. 28.d
August. cōtra Parmen.
li.2.c.13. & dī
Vnic. Bapt. c.9.cōtra Do
hat. li.3.c.15.
Hilā. i Ps.67:
Conci. Late
ra. c.t.

Et quanquam sit Sacerdotum munus baptismū administrare, tamen ubi necessitas vehementer urgat, baptizare possunt alij¹ quoq; ne impiis qui= dem & hæreticis exceptis, modò à forma Ecclesie & eius verbis conceptis non recedatur.

III.

Quem fructum & effectum præstat

Baptismus?

Ev M planè, quem docente Christo,² ac testibus Apostolis Petro & Paulo discimus, nimirum per Baptismum & peccata remitti, & spiritum dari, quo & vetus homo aboleatur, & noua fiat in Christo creatura. Quippe suscepimus ritē Baptismus non hoc modo largitur, ut impiō plenè peccata omnia condonentur atque tollantur, sed etiam ut baptizatus planè innouetur, ac vere innocens, iustus, sanctus & cœlesti gloria dignus

F in tra duas epi:

Pelag. c.13. & lib.3.c.3: Beda in c.3. Ioan. Damasc.lib. 4. cap. 5

DE SACRAMENTO

1. Cor. 6. c. in Christo efficiatur. Ut iure à Paulo dictum sit
 1 Tit. 3. b. omnibus baptizatis: Abluti estis, sanctificati
 2 Ephes. 5. f. estis, iustificati estis in nomine Domini Ie-
 3 Gal. 3. d. su Christi, & in spiritu Dei nostri. Atque alibi
 Rom. 6. a.
 4 Serm. in testatur ¹ idem, Baptismum esse Lauacrum rege-
 cœn. Domi. nerationis & renouationis Spiritus sancti: Lau-
 Vide Cypr. crum ² etiam aquæ in verbo vitæ. Et rursus ille
 de baptism. scribit: ³ Quicquid in Christo baptizati estis,
 Iren. libr. 3. Christum induistis.
 cap. 19.

Orig. in ca. Scitè ⁴ Bernardus, ac breuiter Sacramenti hu-
 5. episto. ad ius effectus præcipuos complectitur: Lauamur in
 Roma.
 5 Jacob. 1. b. Baptismo, inquit, quia deletur Chirographū dam-
 Ro. 6. b. 7. b. nationis nostræ, & gratia hæc nobis confertur,
 Iustin. cont. ne iam nobis concupiscentia noceat, si tamen à con-
 Tryp. & A- sensu abstineamus.

po. 2. Quæ ⁵ concupiscentia in renatis manens, non
 Cyprian. de per se peccatum est, sed ut Theologi appellant, fo-
 bapt. Christi mes peccati, ad agonē relictus, ubi baptizati hac
 Aug. li. 1. de occasione vigilantiū Dei gratiam quærant, vir-
 nupt. & cōc. cap. 25. & li. tutes studiosius exerceant, fortiusq; certando mā-
 1. cōtr. duas iorem sibi gloriam parent. Itaq; ut Paulus docet,
 epist. Pelag. ¹ Nihil damnationis est iis, qui sunt in Chri-
 cap. 13. sto Iesu, qui non secundum carnem, sed se-
 Chrysost. in cundum spiritum ambulant, quique secundum
 aēt. homi. i. & homil. 17. Pauli doctrinam & exemplum, veterē hominem
 in Matth. exuentes, de die in diem secundum interiorem ho-
 1 Rom. 8. a minem renouantur: id quod proprium est bapti-
 Ephes. 4. c zatorum.
 Col. 3. b
 2. Cor. 4. d
 Rom. 6. c

Quid

III I.

Quid à nobis requirit acceptum tanti
Sacramenti beneficium?

Primùm à nobis summan postulat & assidua
animi gratitudinem, ut prædicemus, amemus
& celebremus eum, qui secundum suam misericordiam saluos nos fecit per Lauacrum hoc
regenerationis & renouationis Spiritus sancti: quem effudit in nos abunde per Iesum
Christum Dominum nostrum: vt iustificati
gratia ipsius, hæredes simus secundum spem
vitæ æternæ.

Tit. 3. b

Deinde sic huius Sacramenti mysterium² reme
morandum est, ut identidem seipsum quisque ad=
moneat præclaræ illius sue spōsionis & Christia
næ profēsionis, quam in sacro lauacro per¹ spon= Tit. in Nume
fores edidit. Cogitet igitur Christianus, illic se ex lib. i. c. 20.
iræ filio & Sathanæ seruo, ² Dei filium Christiq;³ Rom. 8.2
membrum, & cohæredem, viuumq; templum Spi Gal. 4. a. d
ritus sancti factum esse.

Orig. ho.
tit. de nū
ros.

Ingressus es regenerationis sacrarium, inquit initianis
³ Ambrosius: repetere quid interrogatus sis, reco= myste. c. 2
gnosce quid responderis. Renunciasti Diabolo &
operibus eius, mundo & luxuriæ eius ac volupta= 4. Idē li. 1.
tibus. Memor⁴ esto sermonis tui, & nunquam tibi de Sacramē
excidat tuæ series cautionis. Et præclara Pauli cap. 2.
baptizatos omnes adhortantis vox est: ⁵ An Rom. 6.2
ignoratis Fratres, quia quicunque baptizati Gal. 3. d
sumus

DE SACRAMENTO

sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bapti-
zati sumus? consepulti enim sumus cum illo
per baptismū in mortem: ut quomodo Chri-
stus surrexit à mortuis per gloriam Patris,
ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

¶ Lib. 2. cō-

tra literas Pe-

til. ca. 104.

Concil. Eli-

ber. c. 38. Au-

tel. ca. 3.

Laodice. 48.

Meld. ca. 6.

Florent.

Constantiē.

sess. 5. Trid.

sess. 7.

Bernard. in

vita Malac.

episc.

Pet. Damia.

Serm. 1. d̄ de

dica. eccles.

Jñdor. de ec-

cle. offi. li. 2.

cap. 26.

Raba. de in-

stitut. cleri.

lib. 1. cap. 30.

& tract. 6. in Epist. Ioann.

I.

Quod est alterum à Baptismo Sacramentum?

Confirmatio, quæ Sacramentum est noue le-
gis & què sacrosanctum, ut Augustinus¹ in-
quit, ac ipse Baptismus: quod baptizatis conser-
tur cum impositione manuum Episcopaliū, &
Sacri Chrismatis inunctione.

II.

Vnde nobis comprobatur hoc Sacramentum?

Testimonium habet à Diuina scriptura secun-
dum Patrum² et ecclesiæ concordem senten-
tiam atque interpretationem. Huc enim spectat,
quod Lucas³ Euangelista semel atque iterum scri-
bit de Apostolis, qui super baptizatos manus im-
posuerunt, hoc signo vtentes visibili diuinitusq;

instituto,

2 Cypr. lib. 1. epi. 12. Aug. lib. 5. cōt. Donat. c. 19.
3 Acto. 8. c. 19. 3

instituto, per quod Christo iam initiatis noua ex amplior Spiritus sancti gratia cōferretur. Quare cum Apostoli manus illis imposuissent, acceperūt, ut Lucas de ijsdem baptizatis refert, Spiritum sanctum, cum accessione scilicet ac exuberantia quadam gratiæ spiritualis.

Nunc verò ubi Apostolorum vicem Episcopi gerunt & locum tenent, non fraudat Deus Ecclesiam suam hac tam salutari gratia, sed per eosdem Episcopos¹ in hoc Sacramento efficaciter operatur, ut adsit Cypriano² teste, & veritas signo & Spiritus Sacramento.

Atque huc pertinet veteris Ecclesiæ Canon:
³ Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudenter & constantiam dilatatur.

III.

Quæ necessaria sunt ad conficiendum hoc Sacramentum?

Tria præcipue ad hoc requiruntur: Sacra-
menti propria materia, certi verborum for-
ma, & minister idoneus.

Materia ex oleo & balsamo mixta est, quæ ab Episcopo consecrata, sacri⁵ Chrismatis nomen iam olim obtinuit, & in hoc Sacramento fronte so-
lenni ritu illinitur.

¹ Hiero. c6
tra Lucife-
rianos.

² Ser. de vn
etiœ Chris-
matis.

³ Vrba. Pöt.
& Mart. quⁱ
anno. 227.

vixit in epi.
ad oēs Epis.

⁴ 2. Conci.
Bracar. ca. 4.

Gre. in. 1. c.
Cant. Fabia-

nus & Florē-
ti. Concil.

⁵ Cy. de vn
ctione Cris-
matis. & li. 1
epist. 12.

Basil. de Spi-
ritu sancto,
cap. 27.

Fabia. qui vi-
xit. ann. 2416
epi. 24

DE SACRAMENTO

6 Cōci. Flo.

1 Act. 8.c

Clemēs epi-
sto. 4. Viba.

Melchia. Da-

niasus epi. 4

Leo. epil. 88

Conci. Vor-

mari. Flore.

& Trident.

2 Eusebius

Pōt. & mar.

qui vixit. an-

no. 308. epi-

sto. 3.

3 Act. 8. c

& 19. 4

Basil. de Spi-

ritu sancto.

cap. 27.

4 Epist. 4.

5 De Eccl.

Hierar. c. 4.

6 In Epis. 2

ad Orien. E-

pisc.

8 Synod.

Lao. can. 48.

7 Lib. 1. E-

pisto. 12. Et

de vñctione

Chrismatis.

Forma verborum hæc præscripta est, 6 Consig-
no te signo Crucis, & confirmo te Christo
mate salutis, In nomine Patris & Filii & Spi-
ritus sancti.

Minister sacramenti huius solus est Episcopus,
1 ut Apostolorum exemplum, forma, et tradicio
retineatur. Qua de re iam olim ita sanctum acce-
pimus: 2 Manus impositionis Sacramentum magna
veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici no
potest, nisi a summis sacerdotibus: nec tempore
Apostolorum ab alijs quam ab ipsis 3 Apostolis le
gitur et scitur esse peractum.

III. Cur autem baptizati sacro Christo
inunguntur?

Qvia per Spiritum sanctum sic nobis Apostoli
tradiderūt, sicuti 4 Clemēs et 5 Dio-
nysius, Petri Pauliq; Apostolorūm discipli-
bant. Tradiderunt autem illi quod a Domino ipso
utiq; acceperant, de Christo confiendo, ut
gravis est testis 6 Fabianus, idem et Christi Mar-
tyr, et pontifex Ecclesiae.

Sacrosanctæ etiam 7 Synodi præceptum de hoc
tale extat: Oportet baptizatos post Baptismum sa-
cratissimum Christma percipere, et cœlestis Re-
gni particeps fieri. Rationem Cyprianus 8 reddit
hanc, ut accepto Christo, id est, unctione Chri-
stianus esse unctus Dei, et habere in se Christi
gratiam

gratiam posset teneatq; sanctitatem.

At qui vnguentum hoc visibile, quo Ecclesia baptizatos vngit, vt¹ Augustinus docet, significat inuisibilis gratiae donū, quo Spiritus sanctus Christū in primis, qui ex² Chrismate nomine suū trahit, ac deinde Christianos oēs interna unctione imbutit atque confirmat. Vnde pulchre³ Tertullianus, velut ad olei naturam alludens, ita de hoc Sacramento scripsit: Caro vngitur, ut anima consecratur: Caro signatur, ut ex anima muniatur: Caro manuum impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur.

Vnde qui sacrum Chrisma reijciunt, magnum illi imperitiae suæ argumentum præbent, ut qui aperte antiquissimani ex vetustissimam Apostolorum institutionem negent, ac perpetuum Ecclesiæ usum ac traditionem temerè dannent.

Quis Sacramenti huius est usus & fructus?

IN Baptismo⁴ regeneramur ad vitam: post Baptismum autem in hoc Sacramento confirmamur ad pugnam. In Baptismo abluiimur, hoc vero post Baptismum roboramur, ut regeneratis custos et consolator, et tutor adfuit Spiritus sanctus. Hæc summi et Pontificis, et Martyris Melchiadis est doctrina. Nec dissentit ab eo, quod

¹ Lib. 15. de Trinit. ca. 25.

² In sententijs Prosperi. 342. ex tra. Et. 33. in 10. ann.

³ Lib. d. carnis resurrectione.

Ioan. 3. b

⁴ Melchia des ad Hispaniae Epis. 307.

DE SACRAMENTO

¶ Epis. 4. ad Clemens¹ testatur, se ab Apostolis ipsis accepisse:
Iuliū & Iulianū. Vixit Apostolorū tempore.

Cum regeneratus, inquietus, quis fuerit per aquam, postmodum septiformis Spiritus gratia ab Episcopo confirmetur: quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poterit.

Dionys. de eccles. Hierar. c. 4. &c. I.
2. I. Pet. 2. a

Prodest igitur hoc Sacramentum mirifice ut qui fide mysterijs initiati sunt, sicut geniti² modò infantes & adhuc imbecilles, in Christo adolescat atque corroborentur.

Hos ceu Christianæ militiae tyrones Episcopis admonet inunctione, ut aduersus tot hostes et quotidiana pericula Spiritu principali confirmantur. Consignat illis Cruce³ frontem, quæ pudoris est sedes, ut constanter & intrepide nomen Domini confiteantur: impingit & alapam, ut Christiana militiam invicta patientia exercendam & ornandam esse sibi perpetua memoria retineant.

Diony. Ec cle. Hierar. cap. 3.

Concil. Tri. sess. 13. ca. 3.

Orig. cōtra Celsum lib. 8.

Chrysost. hom. 60. ad pop. & 83. in Matth.

DE EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

I.

Quid significat nomen Eucharistiae?

S

Vm̄ illud¹ et lögē sacratissimū Sacramētū, quo nihil habet Ecclesia dignius, admirabilius, efficaci², salubriusue, hoc uno nomine designatur.

Et rectè quidem Eucharistia, tanquam bona gratia, seu gratiarum actio dicta est, quia preciū & maximū³ Dei donū, ipsumq; omnis gratie fontem

fontem et auctorem continet, summorumq; nos
bonorum admonet, pro quibus acceptis gratiarū
actionem, laudem et gloriam summam Deo sum=
mo debemus. Maius enim beneficium optare non
potuissimus, quam quod Christus Iesus Dominus
noster de virgine natus, cruci affixus, et in gloriā
assumptus, se nobis totū ita largiatur, ut etiā nunc
corpus eius sanguinemq; verè sumamus, illiq; per
hoc Diuinum Sacramentum prorsus ⁴ incorpo=remur.

II.

Quæ in hoc Sacramento præcipue
continetur?

TRia continet Eucharistia, species visibles,
veritatem corporis et sanguinis Dominici
et spiritualis gratie virtutem.

Quod enim oculis nostris apparet, ¹ species
sunt visibles, panis videlicet ac vini. Quod autē
sub speciebus ijsdem Fides nostra, ² non sensus aut
ratio comprehendit, id verum Corpus ³ et San=
guis est Christi Saluatoris.

Cæterum quod participatione Sacramenti hu=
ius consequimur, ⁴ eximia quædā est Spiritus san=
cti gratia, fructus nimirum et effectus, ut ostende=
mus, salutaris Eucharistiae.

III.

Quæ sunt præcipua de hoc Sacramento ca=
pita scitu necessaria?

⁴ Cyril. li.
10. in Ioā. c.
13. Et Hila=rius de Tri=nit. lib. 8.
Cyril. Hi=ro. catech. 4.
mysta.

¹ Matt. 26. c
Luc. 22. b
Marc. 14. e
² Amb. li.
4. de Sacra=men. c. 4. &c.
lib. 6. cap. 1.

³ Matt. 26. c
⁴ Au. Tract.
in Ioan. 16

DE SACRAMENTO

EA quinque potissimum sese offerunt: Primum de veritate Eucharistiae. Alterum de panis & vini transubstantiatione. Tertium de adoratione eius. Quartum de eiusdem oblatione & Sacrificante apud Roffensem vel utraque specie. Postremum de sumptione ipsius sub altera Oecolam. De his enim praecepit hoc quidem tempestate scire, magnum est opere precium.

Item apud Tonstallum

Gropperū & Garetium.

³ Ioan. 6. f
& ibidē Cy
rillus.

Cōcil. Ephe
sin.

Lateranen.
^{ca. 1.}

Constantiē.
sess. 8

Tridēt. sess.
¹³

¹ Luc. 1. d
² Ps. 148. a

³ Amb. li. 4
de Sacram.
^{ca. 5.}

Luc. 22. b
⁴ Matt. 26. c

Iusti. Apol. 2
Ire. li. 4. c. 32
&. 34

III.

Quid igitur de veritate Eucharistiae sen
tiendum?

ID planè, ut cum tota Ecclesia contra omnes Capharnaitas ⁵ certò credamus ⁶ sub specie bus panis & vini veram Iesu Christi carnem, ac verum eius sanguinem in Eucharistia exhiberi ministerio quidem Sacerdotis, virtute autem ac po tentia Domini nostri Iesu Christi, apud quem im posibile non ¹ est omne verbum. ² Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.

Dixit autem in coena illa pridie quam ³ pate retur, instructa, cum panem primum, ac dein de calicem suis manibus apprehendisset, cumq; de huius Sacramenti tum institutione, tum veritate certos omnes reddere vellet, dixit inquam planis simè. ⁴ Hoc est Corpus meum, quod pro vo bis datur. Dixit: Hic est Sanguis meus, qui pro multis effundetur, De qua institutione di xit

xit & anteā, ⁵ Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Dixit: Ego sum panis viuus qui de cælo descendī. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in æternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mun-
di vita.

Nec obscura sunt alia tum Euangelistarum
⁶ tum Apostoli Pauli testimonia, quæ nobis hāc fidem evidenter adstruunt, ne quis dubitare possebit, Christum in Eucharistia totum secundum Diuinā humanamque naturā existere, & nobiscum manere usque ad seculi consummationem.

Igitur eandē planè Christi carnē in tēplis habemus et sumimus, quæ olim in Palestina cōrām² cerneretur, sed ea nec sensibus hīc patet, nec trāsmutationi & corruptioni est obnoxia: utpote inuisibilis, impaſſibilis, immortalis, summa & diuina resplendens gloria, quā solis fidei oculis licet hoc tempore intueri: Beati autem in cælis clare perspiciunt incredibili cum voluptate.

Et sunt adhuc Sacramentarij (ò horrendam ſepeq; ³ damnatam impietatem) qui adorandum hoc magis, quam inuestigandum mystrium dum ſenuſo ſuo asſequi non poſſunt, etiam negare audent, Euangeliſ verba quamvis luculentā mirè deprauantes. Quod nihil eſt aliud ſanè, quam velut ē mundo ſolē tollere, ſummoque ſponsi theſauro ſponsam Ecclesiā ſpoliare, & panem

⁵ Ioan. 6. f
Vide Hilar.
8. de Trinit.
⁶ Marc. 14. e
Luc. 22. b
1. Corinth. 10
d. 11. e

1. Matt. 28. d
2. Au. in. Ps.
33.
Prosper d. p
mil. & prædict. p. 2. ca.
pit. 25

Chrys. hom.
2. in post. ad
Timoth.
Presbyt. A-
chiae in his.
S. Andreæ
3. 2. Syno. Ni-
ca. acto. 6.
tom. 3

Turon. sub
Victore. 2
Roman. sub
Nicolao. 2
Romæ. sub
Gregor. 9.
Constantiē.
ſeff. 8. in ar-
ticul. 3. Ioan
VVicelleff.
Tridēti ſeff.
13. can. 1

DE SACRAMENTO.

panem vita fidelibus eripere: ne sit demum, unde exules illi in hoc mudi deserto pascantur, atque sustententur.

1 Cœcil. La teranēse. c. 1

Chrys. l. 3. de sacerdot.

2 Iustinia, apo. 2

Chrys. d. pro dit. Iudæ. vi de Beslario nē hac d. re.

3 Euseb. Emise. hom. 5 de pasch.

Cypria. ser. d. Cœna. Do min.

Cyril. Hier. cathe. 4. My stag.

Cyril. Alex. ad Caiosyr.

Amb. li. 5. de sacer. ca. 4

Chrys. i Mat th. homil. 83 & de Ence-

Dam. li. 14. c 14.

4 Concil.

Rom. sub. Greg. 7 Lateranē. c. 1. Cōstan. sess. 8. Trident. sess. 13

5 Amb. de ijs qui myst. init. c. 9. & 5. Et lib. 4. de sacramen. c. 4.

v.

Quid verò de Transubstantiatione?

HI C duo in primis animaduertēda, eaq; aperitè profitenda sunt: alterum, sacerdotem¹ qui conficiat Eucharistiam, legitimè ordinatum esse oportere: alterum, tantam inesse vim² verbis illis arcanis & consecratorijs, quibus idem sacerdos Christi vice panem ex vinum in altari consecrat, ut panis quidem in Corpus, vinum autem in sanguinem Domini subito³ trāsmutetur.

Verè stupēda, solaq; fide metiēda trāsmutatio, quæ omnipotēte Christi virtute per ea ipsa verba operante fit: nec immerito Transubstantiatio tum à⁴ Synodis, tū à Patribus appellata est, quod panis viniq; substantia in Corpus Sanguinemq; CHRISTI certò conuertatur.

Si enim valuit tantum sermo Eliæ, ut ignem de celo deuocaret, non valebit Christi sermo (sic enim colligit⁵ Ambrosius) ut species mutet elemē torum? De totius mundi operibus legisti, Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creatas sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare.

^{re} Rom. sub. Greg. 7 Lateranē. c. 1. Cōstan. sess. 8. Trident. sess. 13

5 Amb. de ijs qui myst. init. c. 9. & 5. Et lib. 4. de sacramen. c. 4.

re, quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas. Atqui Christi sermone nihil apertius, dum ait, ⁶ Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus, ut nullus omnino relitus sit locus suspicandi post consecrationem panem & vinum in Eucharistia manere.

V I.

Est ne venerandum nobis, adorandumque hoc Sacramentum?

EST ¹ maximè, sic postulante à nobis officio Religionis, ut quem adesse in Eucharistia credimus, cultu quoque debito prosequamur creaturæ Creatorem, serui Dominū atque Redemptorē Opt. Max.

De quo Scriptura ² ipsa pronunciat: Adorent eum omnes Angeli eius. Et rursus: ³ Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. Tum alibi diuinus Propheta, cum hoc Sacramentum, eiusq; magnitudinem contemplatur, non sat habet dicere, ⁴ Edent pauperes & saturabuntur & laudabūt Dominum. Sed hoc etiam addit: Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Item, Mandauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ.

Laudantur sane Magi similesq; nonnulli apud Evangelistas, quod Christo adhuc in carne mortali honores diuinos exhibuerint, coram eo procidē

⁶ Matt. 26.
ca.

Mar. 14. c. &

ibidē Theo
phila. atq; in
6.c. Ioan

Vide etiam
Greg. Nyss.
in orat. de

transmuta-
tione panis
in corpus
Christi.

¹ Au. in Ps.
98.&. Amb.
lib.3.de.Spi

ritu san.c.12

Matth.4.b

Apoc.14.b

² Psal.94.b
96.c.

³ Psal. 71.b

⁴ Psal.21.f

Ibidem Au.
expos. prima

⁵ Matt.2.b

Ioan.9.g

Matt. 14. d.
5.c. & 28 d

Lucæ ultim.
mo.g

tes.

DE SACRAMENTO

1 Rom. 6. b tes, eumq; adorantes. Atqui nobis idem nunc est
 Psal. 94. a Christus in Eucharistia: non ¹ mortal is, sed immor
 2 Chryso talis, omni gloria & virtute prorsus admirabilis.
 hom. 24. in.
 1. Cor. &, 61. Quam nos fidem religioso² corporis animiq; cul
 ad pop. Itē tu iure testamur, dum Christiane humilitatis &
 li. 6. d Sacer debitæ gratitudinis officium coram tremenda illa,
 Naz. in Gor semperq; reuerenda Dei Maiestate venerabundi
 goniam. ac supplices exhibemus.
 Gregor. 4.
 dial. c. 58.

VII.

Quid porrò de Altaris Sacrificio cre-
dendum est?

3 Dionys. In eum usum tantum, ut à Christianis velut ali
 eccl. hiera. c mentum salutare sumatur: unde cibus, potus, vi-
 3. & ep. 8 Ig uus ac vitæ panis dicitur: sed etiam ut tanquam
 n.a. ad Smyr Iust. in dial. summum & proprium noui Testamenti sacrifici-
 um Trip. & cium ³ offeratur: ut hinc iam olim nomen acce-
 apol. 2 perit hostiæ, sacrificij, victimæ, oblationis, ho-
 Au. epist. 23. locasti.

&. 20. cōtra Fau. c. 21 Offertur autem in iugem passionis Dominice
 4 Iacob. Ba memoriam & gratiarū actionē, atque ut creden-
 fil. & Chry tibus profit ad ⁴ huius & futuræ vitæ mala depel-
 soft. in litur lenda bonaq; impetranda: neque solum viuis, sed
 gijs. etiam defunctis profit in remissionem peccatorū,
 Au. 22. de ci uitat. c. 8 sicut è scriptura Diuina & traditione ⁵ Aposto-
 Chry. 77 Ioā licet grauiissimi Patres asseuerant.

&. 18. in Act Hoc
 Apost. Gre. 4. dial. c. 57 Beda 4. Angl. histor. c. 22 ⁵ Clemēs
 ep. 3 Chrys. hom. 3. ad Philip.

Hoc est eximum illud & incōparabile sacri ¹ Iren.li.42.
 ficiū, quod Christus in extrema cœna sub panis ^{c.32}
 & vini specie¹ instituens, suis Apostolis, vt pri= Euseb.li.1.c
 mis noui Testamenti sacerdotibus, horumq; suc= 10.demonst.
 cessoribus, vt offerrēt, his verbis mādauit.² Hoc Cyp.li.2.ep.
 facite in meam cōmemorationem. ^{3.}

Hæc est oblatio, quæ per varias sacrificiorū na- Au.10. de ci
 turæ³ & legis tempore similitudines⁴ figuraba= ui.cap.20
 tur, utpote quæ bona omnia per illa tum significa 2 Luc.22
 ta, velut illorum omnium consummatio & perfe 3 Gene.4.
 ctio complectitur. & 14. d. E-
 xod.12

Hoc illud est inge sacrificiū, quod nō nisi ad fi- 4 Au. li.10.
 nem mundi³ abolendum, Daniel⁶ testatur. de ciuit. ca.
 20.& li.6.cō

Ad hoc spectat Sacerdotium¹ secundum ordi- tra.Fau.c.5.
 nē² Melchisedech, quod etiam Dāuid in Christo 5 Hypol.đ
 futurum & permansurum prædicat. consum.mū
 di.

Hæc oblatio munda, quam nulla vel indignitas, Chry.49.o-
 vel malitia offerentium inquinare posſit: quæ Iu- peris imper
 daicæ legis³ Sacrificijs quā plurimis unice⁴ suc= fe.
 cedens, apud Gentes in omni loco, id est, toto⁵ or 6 Dan.12.đ
 be terrarum ad celebrandum Dei & Redempto= 1 Ps. 109.b
 ris nostri nomen offertur atque sacrificatur, vt Heb.7.a
 apud Malachiam legimus. Gen.14.d
 2 Cyp.li.2.e

Hæc epi.3.

Euseb.5. de demonstrat. ca.3 Hieron.ad Marcellam, & ad Eua-
 grium to.3 Aug.in Psalm.33.con.2 Epiphan.hæresi.55. Da. li.
 4.c.14 3 Num. 24. b 4 Au.17.de ciuitat.c.20 5 Malac. 1.c.
 Vide Martial. ad Burdeg. capitul.3. Iustian.in dial.cum Triph.
 Iren.li.4.c.32.33. & 34.

DE SACRAMENTO

Chrysoſt. in Hæc est missæ oblatio, Sacrificium, Liturgia,
Pſal. 49. cui testimonium omni exceptione maius præbent
Au. 19. de ci- Canones & Traditiones ¹ Apostolorum: sancta
uit. c. 23. &c. l. 18. c. 35. ² Synodi, magnus consensus & usus perpetuus to
1 Can. 3. &c. 9 tius Ecclesiæ Græcæ ³ & Latinæ, Orientalis &
Apostol. Occidentalis.

2 Nicæn. 1. Quod Missæ ⁴ Sacrificium, si rem omnē æque
ca. 14. perpendimus, est reuerā Dominicæ paſſionis & il
Laod. c. 19. & lius cruenti Sacrificij, quod in cruce pro nobis est
58. Ephe. i epift. oblatum, sancta quædā & unica repræsentatio
ad Nestor. & atque simul incruenta & efficax oblatio.

cæt. Tridéti. Ex qua fit primum, ut memoria, fides, & grati
ſeff. 2. tudo nostra in Redemptorem ipsum viuida quoti

3 Vide litur giam Iacob. Basi. Chrysō ⁵ Hoc facite in mei cōmemorationem. Quo
Am. Grego. rum verborū Ecclesia tam sedula interpres fuit,
&c.

4 Missæ no mē Clemēs habet epift. natiūm ⁶, vestes sacras, vasa, ritus, actionesque om
3. Alex. i. e. nes ita instituerit, vt ob oculos circumstantium ni
pist. i. Te- tur, tantique sacrificij maiestas magis commende
Jesph. Dama tur, ac nientes fidelium his tum signis, tum admini
sus, Sixtus.

1. Soter. epis. culis exterioribus ad meditationem rerum diuinar
2. rum, quæ in hoc sacrificio latent, facilius sustollā
Fabian. epi. tūr

3. Amb. epi. 29. & 33 Aug. ser. 237. de temp. 5 Lucae. 22. b 1. Co
rin. 11. c 6 De cæremonijs Missæ Diony. de eccles. hier. c. 3.
Isidorus. Remig. Tuitien. Concil. Trident. Hier. ad Theodo
phil. ante libros eius Paschales.

tur & veluti manu ducantur.

Hinc fit etiam, ut oblationis Christi in cruce facta est & redemptio fructus nobis, atque credenti bus itidem omnibus tam¹ defunctis, quam viuis ap plicetur.

Quare Cyprianus² hoc Sacramentum ad san nandas infirmitates & purgandas iniquitates tum medicamentum, tum holocaustum esse testatur. Martialis³ verò Apostoli Petri discipulus, ita scribit: Quod Iudæi per inuidiam inimolauerunt, putantes se nomen eius à terra abolere, id causa salutis nostræ in aræ sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam & morte effugiendam. Omittimus interim eiusdem fidei ac sententiæ testes Patres alios, ut instituta nobis breuitas retineatur.

Ex quibus liquidò constat, Christum dici & esse nobis Sacrificium dupli modo, cruento vide licet ac⁴ incruento. Nam in cruce cruentum ille Sacrificium pro nobis obtulit⁵ sese, ut typo Paschalis agni, qui apud Iudæos immolabatur, verus ipse agnus sine macula, id est, figuræ veritas responderet. In coena vero⁶ sicut & in altari, modo cultuque incruento, quemadmodum & Cyrilus⁷ vocat, idem offerri voluit ut oblatio Melchi

i Cyp.lib.i epi.9.

Chry.69.ad pop.Dama sce.orat. de defunctis.

Au. de cura. cap.1.& ser. 34. de verb. Apost.

Item.lib. 9. confes.c. 11. 12. & 13. Epiph.cōtr. Aerium hæ resi.75.

2 Serm. de Cœna Dni.

3 Ad Burde galenf.ca.3. Vide Hier. in cap. 1. ad Titum.

Ambr.1.of- sic.ca.48. & in Psal.38.

4 Concil. Ephes.1.epi. ad Nestor. Aug. contr.

G sedech Faust.li. 20.

cap.21. 5 Ephes.5.a Heb.10.c Exod.12.a.b 6 Euseb.lib. 1.demon.euan.ca.10. Naz. orat.2.in Iulian. & ad Episcopos. Itē ad Constantino.sacerd. 7 Epist.10.ad Nēstoriū, & ad Eu opium in interpre.anath.ii.

3 Geñ. 14. d sedech 8, qui panem vinumq; obtulit, consum
Heb. 7. a mationem suam acciperet maneretq; verus Sacer
Hiero. in ca dos secundum ordinem Melchisedech, ac eius sa-
pi. 26. Matt. cerdotium esset in æternum, nullo unquam alio
succedente.

1 Heb. 9. g Illic semel¹ et uno dūtaxat in loco Iudeæ per-
10. c egit sacrificium, de quo Paulus Hebræis scribens
2 Chry. ho differit: hic² verò sèpius & omni in loco, nempe
mil. 17. in e per omnē paßim Ecclesiam sacrificatur, ut Malac.
pis ad Heb. Aug. epi. 23 chias³ Propheta cōfirmat. Illic in monte offertur,
Teophylac. hic in mortis illius iugē viuāq; recordationē, et sa-
in ca. 5. 7 & lutiferā eius, quæ inde velut à capite ad mēbra di-
10. ad Heb. manat participationē, ut nimirum illius in cruce
Itē Oec. & oblati sacrificij fructus ac efficiētia hoc Missæ sa-
Photius. crificio quotidie nobis exhibeatur atque applice-
3 Malac. 1. c tur.

VIII.

Estne sub altera tantum, panis scilicet, an ve-
rò sub vtraque panis ac vini specie, sumen-
da Eucharistia?

Concil. To-
let. 12. can. 5

DE Sacerdotibus quidem seu sacrificantibus
constat ambas Sacramenti species illis esse
sumendas, sine quibus neque ritè cōsecrare, neque
offerre possunt unquam Eucharistiam. Cuius rei
causam ex sacrificio ipso pendētem reddere, hic
iam necesse non est.

De alijs verò fidelibus non sacrificatibus illud
fatendum est, nullo eos Diuino præcepto ad Eu-
charistia Sacramētum sub specie vtraque sumen-
dum

du adstringi, sed ad salutē illis esse satis, alterius
speciei cōmunionē. Igitur si veteris Ecclesiae statū
repetimus,¹ nūc vñā tantū, nunc utramq; speciem
fidelibus disp̄satā fuisse cōperiemus. Si vero scri-
pturā sacrā cōsulimus², sic illa de hoc Sacramen-
to differit, ut modō panis & calicis, modō solius
quidem panis soleat meminisse. Vbi enim legimus,
³ Nisi māduaueritis carnem filij homitīs &
biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā
in vobis: Legimus etiam: Si quis māduauerit
ex hōc pane, viuet in æternū. Et qui dixit:
Qui manducat meā carnem, & bibit meum
sanguinem, habet vitam æternā: dixit etiam:
Panis quem ego dabo, caro mea est pro mū-
di vita. Et rursus idē qui affirmauit: Qui man-
ducat meā carnem, & bibit meū sanguinem,
in me manet, & ego in illo: affirmauit & illud:
Qui manducat hunc panem, viuet in æter-
num: ut omittamus que⁴ Lucas de fractione so-
lum panis adducit.

Neque Christi nobis hic deest exēplum, qui pri-
mū in extrema illa cœna⁵ sub utraque specie hoc
instituit, Ac Apostoli tradidit sacramentū. Dein & ibid. The-
de vero in Emaus cū duobus discipulis agens sub ophy. & Be-
vna solum specie¹ porrexit illis Eucharistiam, ac da Chrysos.
postea statim illinc sc̄e subduxit, sicut Euāgelicū in Matt. ope-
bunc locum Patres interpretantur. ris imperfe-
homi.17. &

Proinde damnandi non sunt siue qui nunc vni-

Tertullias
lit. ad vxor
Cypria. ser.
si de lapsiss
Orig. hom.
13. in Exod.
Basil. ad Cæ
sa. pa. Hiero
ny. apol. pro
lib. cont. Is
uinia.

2. 1. Cor. 10
d. & II. i.e
Act. 2. g. 10.
b

3. Ioan. 6. f
Ibidēm.
Ibidem.

4. Acto. 2. g

Mat. 26. 23

1. Luc. 24. e

& ibid. The

ophy. & Be

da Chrysos.

in Matt. ope-
ris imperfe-
homi.17. &

Au. lib. 3. dē

DE SACRAMENTO

Euseb. li.
6. eccl. hi-
sto. ca. 34.
Aug. homi.
26. ex homi

ca contenti specie ab usu calicis abstinent, & mul-
tis ab hinc seculis² abstinuisse leguntur, siue qui
olim cum ita probaret Ecclesia, utrancq; speciem
in usu publico habuere.

Iijs. 50. & Verum magister rerum usus paulatim docuit,
Serm. 252. de maiore cum populi commoditate, ac minore peri-
temp. culo, multisq; de causis frugiferè fieri, ut omisso
Amb. in Sa- calicis usu, alterius tantum speciei communio reti-
tyrum. neatur: Atq; ita faciendum iamdiu decreuit Eccle-
Paulinus in sia non discédens illa quidem à Sponsi sui institu-
vita S. Am- to præceptoue (columna enim³ & firmamentum
brosij. veritatis est, & mysteriorum Dei fida dispensa-
Amphiloch trix) sed potestatem à Sponsō acceptam in dispen-
in vita Basi- sandis mysterijs ad ædificationem communemq; fi-
lij. delium utilitatem conuertēs; prout temporum ho-
Beda Angl. minumq; conditio quæ nonnulla etiam in sacris
histo. lib. 4: immixtari cogit, postulare videtur.

ca. 14. & 24. **Theodoret.** Nam & Euangeliū nobis verba⁴ declarant,
1 Philotheo Christum in cœna cum illis egisse, quibus potesta-
de Basso ar- tem fecit non sumendæ modo, sed etiā consecran-
chipres. dæ offerendeq; Eucharistia, imo⁵ & ordinande
3 I. Tim. 3. & administradæ totius Ecclesiæ. Horum iudicio,
Cyp. de simi- prudentiæ & authoritatire reliquit, cum de alijs ple-
pli. prælat. risq; ad rem Christianam spectantibus, tum de mo-
4 Mat. 26. e do ordinemq; dispensandæ fidelibus Eucharistia,
Mar. 14. c ius in posterum constituendi, atque pro ratione
Lucæ. 22. b temporum ritè disponendi.

5 Acto. 26. f Id probat etiam ex Paulo¹ Augustinus², &
1. Petr. 5. a multis
Lucæ. 10. c
Ephes. 4. c
1. Cor. ii. g
3 Ad Ianuar. epist. 118. cap. 6.

multis Apostolorū institutis euinci facile potest.

Nec est cur Laicis iniuria irrogari vlla puteatur, si ut in plerisq; itidem ³ alijs, hac in parte non sequantur sacerdotibus. Nam in confessō est, Chri stum non esse dissectum in partes duas secundum duo Sacramenti huius signa: sed tam sub vna, quā sub vtraq; specie, immo sub unius etiam hostiæ consecratæ ⁴ particula, Christum totum exhiberi atque sumi, videlicet secundum carnem, animam sanguinem, diuinitatem. Vbi autem Christus totus ac integer sumitur, illic deesse non potest integer quoque fructus & efficax gratia tanti Sacramenti. Quapropter nulla hic laici utilitate fraudantur, siue rem ipsam in Sacramento contentā, Christum scilicet Deum & hominem spectes, siue fructum & gratiam: que Eucharistiam sumentibus ad animarum salutem donatur, queras: sed tantū tum hi sub altera accipiunt, quātum sub vtraque si liceret, specie essent percepturi.

Qua de re ambigēdi ¹, vel disceptādi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionem Christi docet, ac regit Ecclesiam, certam nobis & explicatam sententiā edidit, editamq; semel, ac iterum sacrosanctæ ² Synodi nō violanda auctoritate confirmavit. Vnde perspicuè colligi potest hanc sub altera specie communicādi consuetudinem præcepto diuino haud aduersari, Ecclesia legitima auctoritate

³ Matt. 18. c
Ioan. 20. f
1. Tim. 3. 2. b
c. & 4. d
Tit. 1. b.

⁴ Cyril. in epist. ad Ca loyrium.
Concil. Flo.
Euseb. Emī sen. homi. 5.
de pasch.
Triden. sess.
13. cap. 3. Et de Cons. di stin. 1. c. qui manducat,
&c. Singul.
1 Au. ad Ia nuar. epist.
118. c 5.

Ioan. 14. d &
16. c
Luc. 22. c
2 Synod.
Constat. ses.
13
Basilien. ses
sio. 30.
Tridet. ses.
sio. 24.

DE SACRAMENTO

fulciri, temporis longæ uitæ magnog; populoru; fidelium consensu comprobari, ratione ac utilita te certa commendari: ac demum pro lege, quam solamutare possit Ecclesia, certò habendam esse. Sed nec aduersarij, quantumuis hic obstrepant, eiusmodi in communicando ritus initium ullum possunt demonstrare.

Ut mirum sit adhuc reperiri, qui priuatæ pie-
tatis specie ducti, aliter sibi persuadeant, & hac
in parte cum nouis Ecclesiæ contemptoribus³ ad-
uersus venerandam totius Ecclesiæ⁴ auctoritatē
conspirent. His verendum est sane, ne dum extera-
na Sacramenti signa tantoperè urgenter, & con-
tentio seruiunt, Sacramenti fructum internum,
ad eoq; Christum totum amittant, ut ab omni usu
Sacramenti præstet eos penitus abstinere. Quan-
doquidem neque¹ Fides, neque Sacraenta ullis,
nisi persistentibus in Ecclesiæ unitate, sunt salu-
taria. Ut hinc Augustinus² dixerit: Omnia Sacra-
menta Christi non ad salutem, sed ad iudicium ha-
bentur sine charitate unitas. Ac iterum prodest
boniui vel sana fides, vel sanum fortasse fidei Sa-
cramentum, ubi lethali vulnere, schismatis per-
empta est sanitas charitatis? Nec dubium sane,
quin grauiter in Christum ipsum peccet, qui hoc
unitatis sanctissimo⁴ symbolo ad schismaticæ di-
visionis symbolum audent abuti.

Quem

Quem fructum exhibet ritè sumpta
Eucharistia?

Plurimum sanè maximumq; præbet. Hoc enim
sacrum est conuiuum, in quo Christus sumi-
tur, recolitur memoria passionis eius, mens
pletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus da-
tur: ut præclarè horum fructuum sensu experien-
tiaq; excitata decantat Ecclesia.

Hic est ⁶ panis, qui de cælo descendit, & dat
vitam mundo, nostrosq; animos in vita spirituali
sustentat atque confirmat.

Hæc sacra synaxis siue communio, ⁷ quæ fide-
les tanquam eiusdem corporis membra inter se
iungi, ac sanctorū piorumq; omnium meritis asso-
ciari significat atque præstat: tum quod augustius
est, eosdem capiti suo Christo ¹ arctissimè vnit, ut
in eo illi ² maneant, & ipse in illis, atque ita vitam
eternam consequantur.

Hoc est viaticū ³ nostræ peregrinationis, quod
in huius vitæ deserto militiaq; versantibus &
hinc ad cælestem Hierusalē contendentibus, veluti
Manna ⁴ Patribus datum, affert consolationem,
delectationem, virtutem & gratiam longè effica-
cissimam.

Duo Sacramētum illud (ut egregiè docet ⁵ Ber-
nardus) operatur in nobis, ut videlicet & sen-
sum minuat in minimis, & in granioribus peccat-

⁵ Ambr. in
Psal. 118 ser.
15. vers. 4.

⁶ Ioann. 6.
e. f. & ibidē

Theophyl.
ac Cyrill.

⁷ 1. Cor. 10
d

¹ Hilar. li. 8
de Trinit.
Leo serm. 14
de pass. Dñi
Cyrill. 11. in
Ioan. 26.

² Ioan. 6. f

³ 1. Nicæn.
concil. can.
12.

Chrys. 6. de
sacerd.

⁴ Exod. 16.
c. d

Deut. 8. 2
Sap. 16.
Ioann. 6. f

⁵ Serm. de
œcna Dñi,

DE SACRAMENTO.

tis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam saepe modo, non tam acerbos sentit iracundiae motus, inuidiae, luxuriae, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti operatur in eo, et gaudeat quod pessimum ulcus accedit ad sanitatem. Et idem alibi: Hoc corpus Christi aegris medicina, peregrinatibus via: quod debiles confortat, valentes delectat, laguore sanat: Per hoc homo mansuetior efficitur ad correctionem, patientior ad laborem, ardenter ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior.

1 Ad Ephe.

2 Vide Basi-
lium ad Cæ-
saream par.

Festinate igitur (inquit beatus ille¹ Ignatius) frequenter² accedere ad Eucharistiā et gloriam Dei. Quando enim assidue hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Sathanae, qui actus suos conuerit in sagittas ignitas ad peccatum. Medicamentum est panis ille immortalitatis, antidotum non moriendo, sed viuendi per Iesum Christum in Deo.

X.

Quænam ad Eucharistiam dignè sumendum eiusque fructus consequendos requiruntur?

1 Corin. II. f.

3 Sermo. I.
de aduentu
Domini.

Xpedita est Apostoli responsio: Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat: quemadmodum et Augustinus³ dixit, In Christi corposse vita nostra consistit: mutet ergo vitam qui vult accipere vitam.

Hac

Hæc autē probatio sui, et vitæ mutatio in qua
tuor potissimum rebus versatur, videlicet, ut ad-
sit fides, pœnitentia, mentis attentio, et Christia-
ni hominis habitus decens.

Fides, hoc postulat, ne ⁴ de his quæ diximus, alijsq; similibus ad hoc mysterium pertinentibus quicquā dubites. Id fiet, si simpliciter quidem in fi-
de atque sententia Ecclesiæ, ¹ ut est sanè necessaria ^{11. Tim. 3. d} rium, per omnia acquiescas.

Penitentia, ² de qua nos plura dicemus, peccato-
rū detestationē et explicatam corā Sacerdote cō-
fessionem impetratamq; absolutionem exigit.

Animus deinde præsens accedat opus est, qui se
se per meditationes et precationes ³ pias adhoc
tantum Sacramentum serio conuertat.

Postremò decens habitus et cōpositio postulat
ad sacram synaxim neminem, nisi ⁴ castum, ⁵ ie-
num, modestum, humilem, supplicē, ⁶ minimeq;
sordidum accedere oportere.

Qui verò sacram Eucharistiā indignè sumūt,
non vitam sed iudicium sibi sumunt, et ¹ rei sunt
Corporis et sanguinis Domini, Apostolo teste: cū
Iuda igitur et Iudeis sanguinariis Christi hosti-
bus grauiſſimè condemnandi.

⁴ Basil. q.
122. cōpēd.
explicata.

² Basil. li. 1.
de baptis. c.

³. & li. 2. q. 3
Con. Tridēt
sel. 13. c. 7

³ Am. in o-
ratione an-

te missam.
⁴ Au. fer. 2.
d aduētu. et
252. de tem-
por.

⁵ Au. ad Ia-
nua. epis. 118
ca. 6

⁶ Orig. ho-
mil. 6. in di-
uers.

^{11. Cor. m. g}

DE POENITENTIAE
SACRAMENTO,

I.

Quid est pœnitentiæ Sacramentum?

EST in quo Sacerdotalis absolutio à peccatis, quæ detestatus riteq; confessus quis fuerit, impenditur.

Ioan. 20. f

Quam absoluēdi potestatem ut in Ecclesia certam haberemus, Diuina promissio Sacerdotibus facta hæc fuit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retēta sunt. Tum alio in loco: Amen dico vobis, inquit, Dominus, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

Matt. 18. e

Ex quibus liquidò cernitur, præstantem ex confirmationis plenam Sacramenti huius efficaciam esse, ut quo remittantur quæcunque peccata fœdissimè perpetrata, & soluantur indiscriminatim, qui coram Deo reas habent conscientias: idq; Sacerdotum ministerio ex diuina Christi institutio ne. Quare Sacerdotū potestas & auctoritas nunc longè quam olim, est excellentior plurisq; facienda, ut quibus non corporis lepram, verum animæ Chrys. li. sordes non dico purgatas probare, sed purgare s. de Sacer. prorsus concessum est, ¹ Chrysostomo teste. Et

Augus

Augustinus:² Quid facit Ecclesia, inquit, cui di-² Aug. de
ctū est, quæ solueritis, soluta erūt? nisi quod ait Do- verbis Do-
minus ad discipulos³ Soluite illū, & finite abire. mini.ser.8
Vide etiam ser. 44. & in
I I.

Cur opus est Pœnitentiæ sacramento?

VT homo post Baptismum relapsus & inimi-
cus Dei factus, per hoc Sacramentum remis-
sione peccatorū accepta, Deo reconcilietur & ex
mortuo viuus, ex impiōq; iustus efficiatur.

Vnde Patres¹ pœnitentiam non temerè secun-
dam post naufragium Tabulam vocant, qua scili-
cet ex vortice mortalis peccati, tanquam è naufra-
gio subuehi, & in gratiam amicitiamq; Dei trāf-
ferri unusquisque possit, quātumlibet multis ma-
gnisq; criminibus prægrauatus.

III.

Quando hoc Sacramentum ritè accipitur, &
efficaciter operatur?

CVM is qui remissionem peccatorum implo-
rat, tres illas partes seu actiones adhibet, Cō-
tritionem, Confessionem & Satisfactionem, quæ
totam hominis ad Deum conuersionem, pœniten-
tis officium & renouationem complectuntur, De
quibus ita Chrysostomus: ² Perfecta pœniten-
tia cogit peccatorem omnia libenter ferre: in
corde eius contritio, in ore confessio, in opere to-
ta humilitas. Hanc esse frugiferam pœnitentiam
Chrysostomus asserit, ut quibus modis Deum
offendis

verbis Do-
mini.ser.8
Vide etiam
ser. 44. & in
I oan tract.
49. item ho
mi.27.ex.50
3 Ioan. II.f
Amb.lib.de
pœnit.1. & 2.

1 Tertu. de
pœnit. Pacia
nus epist. 1.
& 2. ad Seni
pr.
Hier. in c.3.
Esaiæ. & ad
Demetrian.
de ser. virg.
Ezech.18.g.
&.33.c

Concil. Flo-
rent. & Tri-
den. sess. 14
2 Homil.
de pœniten-
tia.

DE SACRAMENTO.

offendimus, offendimus autem corde, ore ac ope-
re, ijsdē recōciliemur Deo, corde quidē per Contri-
tionē, ore per cōfessionē, ac opere p satisfactionē.

¶ Psal. 50. d Ad contritionem pertinet illud, ¹ Sacrificium
Deo spiritus contribulatus: cor contritū &
humiliatum Deus non despicies.

¶ Actor. 19. d Confessionem his verbis Lucas indicat, ² Mul-
Num. 5. ³ ti credentium veniebant confitentes & an-
Iacob. 5. d nunciantes actus suos: Et ³ Iacobus Apostolus
& ibidē Be- da. docet: Confitemini alterutrum peccata ve-
stra.

¶ Mat. 3. b Ad Satisfactionem porrō spectant, digni ⁴ pœ-
Luc. 3. b nitētiæ fructus, quos Iohannes Baptista postulat,
Actio. 26. f inter quos & Eleemosynæ. De his autem Daniel
¶ Dani. 4. e Propheta: ⁵ Peccata tua, inquit, Eleemosynis
redime, & iniurias tuas misericordijs
pauperum.

¶ Ambr. ad Grande scelus grandem habet necessariam satis-
virg. lapsum facti-
cap. 8 tionem, ait Ambrosius. ⁶

¶ Cor. 12. g Atque eò referendum etiam, quod Paulus ait de
Corinthijs deplorandis, quandoquidem super ¹ im-
munditia, fornicatione & impudicitia quam ges-
serant, pœnitentiam neandum egissent.

IV.

Quid est contritio?

E ST animi dolor, & que de peccatis propter
Deum offensum concipitur detestatio, cum
proposito vita in melius cōmutandæ coniuncta.

Hec

Hæc contritio paratur, si quis peccatorum suo
 rum fœditatem magnitudinem ac multitudinem ex.50.c.15
 sedulò intueatur: si de summa bonitate offensa, de Chry.in Ps.
 Dei gratia, cæterisq; donis amissis solicite cogitet 50.& de cō-
 si mortis incertæ ineluctabilem¹ neceſſitatem, futu pun.cor li.2
 ri iudicij horrendam seueritatem, ac paratas etiā Basil in Ps.30.
 peccatoribus pœnas sempiternas expendat atque 33.
 pertimescat.

Huc pertinet illud Ezechiae,² Recogitabo ti
 bi omnes annos meos in amaritudine ani-
 mæ meæ? Et illud Dauidis³ A iudicijs tuis ti-
 mui. Et quod idem gemens orat, Afflictus sum
 & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemi-
 tu cordis mei. Nec multò pōst, Iniquitatē meā
 annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Quin & manifesta Dei vox est ad peccatorē: Ibidem . d
 Charitatem tuam primam reliquisti: me- 4 Apoc.1.b
 mor esto itaque vnde excideris, & age pœni-
 tentiam. Sed & Christus in euangelio, ⁵ Time- 5 Luc. 12. 2
 te eum, inquit, qui postquam occiderit, ha- Matt.10. d
 bet potestatē mittere in gehennam: ita dico
 vobis, hunc timete. Iam verò contritionis hic
 dolor ita dénum ad remissionem peccatorum nos
 preparat, si cum fiducia diuinæ misericordiæ vo-
 toque præstanti ea, quæ ad pœnitentiæ Sacramē-
 num spectant, coniungatur.

v.

Est ne Confessio necessaria?

Et

DE SACRAMENTO

2. Chryso.
hom. 42. in
Matth.

3 Psal. 31. b

4 Orig. in

Ps. 37. hom. 1

Chrys. li. 3. d

sacerdot.

Cyril. li. 2. in

Leuiticum.

5 Aet. 19. d

6 Cöcil. La

teria. can. 21.

Florent. &

Tridät. sess.

24.

1 Clemens

episto. 1. ad

Iacob.

Dionys. epi

sto. 6. ad De

moph.

Tertul. de

pœni.

Orig. in Psal

mū. 37. ho-

mil. 2.

Cypr. de la-

psis.

Pacianus in

parænesi ad

Pœnitentes

Cyrill. 2. in

Leuiti Hie-

rony. in capitul. 10. Ecclesiasticis,

Chrysostomus homil. 20. in

Gene. 8. Ioan. 20. c

ES T utique, non solum autem, ut quidam fali-
hom. 42. in
Matth.
3 Psal. 31. b
4 Orig. in
Ps. 37. hom. 1
Chrys. li. 3. d
sacerdot.
Cyril. li. 2. in
Leuiticum.
5 Aet. 19. d
6 Cöcil. La
teria. can. 21.
Florent. &
Tridät. sess.
24.
1 Clemens
episto. 1. ad
Iacob.
Dionys. epi
sto. 6. ad De
moph.
Tertul. de
pœni.
Orig. in Psal
mū. 37. ho-
mil. 2.
Cypr. de la-
psis.
Pacianus in
parænesi ad
Pœnitentes
Cyrill. 2. in
Leuiti Hie-
rony. in capitul. 10. Ecclesiasticis,

Esò autumāt, interior illa, quæ coram Deo² quo
tidie facienda est Davidis exemplo, qui ait,³ Dixa
confitebor aduersum me iniustitiam meam
Domino: Verùm etiam hæc exterior, quæ apud
⁴ Sacerdotem de criminibus peragit omnibus,
quæ post examinatam sedulò conscientiam in men-
tem homini veniunt.

Ita de hominibus Ecclesiæ primitiue scriptum
est:⁵ Multi credentium veniebant confiten-
tes & annunciantes actus suos.

Quam confitèdi rationem esse necessariam nō
Ecclesiæ⁶ modò sacra iura, & patrum⁷ veneran-
da scripta confirmant, sed etiam Christi diuina
verba concludunt declarantq; cùm ait:² Quorū
remiseritis peccata, remittuntur eis: & quo-
rum retinueritis, retenta sunt. Atqui remitte-
re, vel retinere peccata (cùm iudicis hæc sunt of-
ficia) nullus rectè potest. Sacerdos nisi peccantis
causam, de qua iudicandum est, probè antea cogni-
tam habuerit atque perspectam. Quæ causæ co-
gnitio prius haberri non potest, quam is, qui expen-
dendum se Sacerdoti, vt iudici ac medico suo, ab-
soluendumq; tradit, spontanea confessione vulne-
ras sua sigillatim detegat, atque ita aperiat, vt Sa-
cerdos ubi peccata soluenda & ubi liganda sint
explicatè cognoscere queat.

Quo-
rony. in capitul. 10. Ecclesiasticis, Chrysostomus homil. 20. in
Gene. 8. Ioan. 20. c

Quomodo Patres de Confessione
scribunt?

Hi certè non modò confitendi utilitatem ex usum, qui semper in Ecclesia fuit, sed ius etiā atque necessitatē nobis magno consensu commendat̄ comprobantq;.

Vt verò è plurimis paucos, & probatissimos illos testes producamus, sic habet in primis magnus ille Basilius: ¹ Necessarium videtur his quibus dispensatio Mysteriorum Dei commissa est, confite da esse peccata. Sic enim & hi qui antiquitus pœnitabant, inueniuntur apud Sanctos confessi esse peccata sua.

Tum Cyprianus, ² Confiteantur, inquit, singuli, quæso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui delinquit, in seculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio cuiusque, & remissio facta per Sacerdotes apud Dominū grata est. Accedit his Augustini sententia, qui docet in hūc modum: Agite poenitētiā qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, Occulte ago, apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cælo: Ergo sine causa sunt claves datæ Ecclesiæ Dei? Frustramus Euangelium Dei, frustramus verba Christi? Promittimus vobis

¹ Quæsf. 288
cōpend. ex-
plic. vide eū
dem. quæst.
299. &. 110.
comp. expl.
& in libro d
virginitate,
ante finem.

² Ser. 5. de
laps. Vide eū
dem libr. 3.
epist. 14

Homil. 49.
& 50

Ioan. 20

DE SACRAMENTO

Li.2. devi- vobis quod ille negat? Nonne vos decipimus? Tum
 sit. infirmo. alibi, Sunt, inquit, qui sufficere sibi ad salutem au-
 c.4 tumant, si soli Deo, cui nihil occultum est, quem
 nullius latet conscientia, sua confiteantur crimi-
 na. Nolunt enim aut erubescunt siue dèdignantur
 se ostenderé Sacerdotibus, quos tamen inter leprā
 & lepram discernere per Legislatorem cōstituit
 Dominus. Sed nolo, ut ipsa decipiariis opinioe, qua
 tenus confundaris confiteri coram Domini Vica-
 rio, vel tabescēs præ rubore, vel cernicosus præ
 indignatione. Nam ipsius similiter subeundū est iu-
 dicium, quem Dominus sibi non dèdignatur vi-
 carium.

¹ Epist. 91.
 ad Theodo-
 rū Foro Iu-
 liens. episc.

Nec minus est euīdens, quod Leo ille Magnus
 scriptum reliquit: ¹ Multiplex misericordia Dei
 ita laſſibus subuenit humanis, ut non solum per Ba-
 ptismi gratiam, sed etiam pér Pœnitentiæ medici-
 nam ſpēs vitæ reparetur æternæ, ut qui regenera-
 tionis donum violaſſent, proprio ſe iudicio con-
 demnantes, ad remiſſionem criminum perueniret:
 ſic Diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, ut indul-
 gentia Dei, niſi ſupplicationibus Sacerdotum, ne-
 queat obtineri. Mèdiator enim Dei & hominum
 homo Christus Iesuſ, hanc præpositis Ecclesiæ tra-
 didit potestatem, ut & conſitentibus ſatisfactio-
 nem pœnitentiæ darent, & eadem ſalubri ſatisfa-
 ctione purgatos, ad cōmunionem Sacramentorum
 per ianuam reconciliationis admitterent.

Quid

VII.

Quid porro de satisfactione sentien-
dum est?

ID videlicet, quod alia Christi Redemptoris propria, alia fidelium pœnitentium communis sit Satisfactione. Illa semel² in corpore Christi crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit peracta est, ut qui natura sunt³ iræ filij, Deo reconcilientur: Hæc vero, quæ ad pœnitentes pertinet, à Christi membris in Ecclesia quotidie peragitur, cum Teitulli de pœnitentes post Confessionem ea quæ Sacerdos pœnitcat, absoluens iniunxit, perficimus: aut cum ultrò qui dem dignos pœnitentiæ fructus edimus, quibus a teatæ vitæ errata siue commissa aliqua saltem ex parte compensemus.

Hæc vindicatoria simul & emendatoria quæ i Chrysost. dā est Satisfactione, & Redemptoris Christi beneficium atque Satisfactionem adeò non obscurat, ut magis etiam commendet illustretq; Illa enim præeunte, ac præcipue¹ cooperante, iuxta diuinā scripturam iudicium² facimus, & iustitiam, delicta nostra contra nos ipsos vindicantes, & residuas in nobis peccatorum reliquias diluētes, Deiq; gratiam nobis pleniorē conciliantes atque promerentes: denique hac ratione testantes, nos Christi crucem libenter amplecti, ³ abnegare nos ipsos, mortificare carnem, veteris nos hominis odio commotos ad perfectiora connoti, dum aduersus depravati

Grego. in. e.
91. Reg.
2 Heb. 9. g
Ephes. 5. a. f
1 Ioan. 2. a
Ioan. 1. d
3 Ephes. 2. a
1 Cor. 15. d
2 Cor. 5. d
Cypr. lib. 30
epist. 8. &c. 4.
i Chrysost.
pop.
2 Esai. 56. a
Ezech. 18. g
Hier. 22. a
2 Cor. 7. c
Psalin. 50. a
& Chry. ibi
dem, & in. 3. cap. Matth.
3 Luca. 9. c
Matth. 16. d
Rom. 6. a
Ephes. 4. e
Coloss. 3. b

DE SACRAMENTO.

⁴ 2. Reg. ¹² uati animi motus ardēti zelo fortiterq; certamus.
 d Quo quidem pacto Satisfactioni operam dabant
 Ionæ. 3. b ⁴ Dauid, Niniuitæ & alij: quos in cilicio, cinere,
 3. Reg. ²¹. g Matth. ²¹. c gemitu, luctu, ieunijs alijsq; afflictionibus pœni-
 Judith. 4. b. c tuisse constat, qui & hinc Deo grati & approba-
 Ieolis. 2. c ti sūisse leguntur. Quam pœnitentiæ partem Scri-
 ptura confirmans, nobisq; commodans clamat:

¹ Ieolis. 12. c ¹ Conuertimini ad me in toto corde vestro,
 Ezech. 18. g in iejunio & fletu, & planctu. Et alibi: Con-
 uertimini & agite pœnitentiam ab omnibus
² 2. Cor. 7. c iniquitatibus vestris: & non erit vobis in rui-
 nam iniquitas. Et quidem Paulus ² docet, tristi-
 tiam quæ secundum Deum est, operari vindictam:
³ 1. Cor. II. & generatim admonet: ³ Si nos ipsos dijudica-
 remus, non vtique iudicaremur à Domino.

Ea propter non est, cur de Satisfactionis nomi-
 ne, quod certe Patribus est perquam familiare, di-
 sceptemus, cum in scripturis res ipsa perspicue-
 proponatur.

VIII.

Profer aliquot Patrum de Satisfactione
 sententias.

⁴ Ser. 5. de laps. Idé li. 1. epi. 3. & li. 3. epi. 14. C Yprianus ille, sanctissimus Martyr & te-
 stis grauissimus in huc modū docet: ⁴ Deus
 quantum Patris pietate indulgens est, tantum iudi-
 cis maiestate metuendus est. Alto vulneri diligens
 & longa medicina non desit: pœnitentia criminis
 minor non sit: orare oportet impensius, diem lu-

et ut transfigere, vigilijs noctes ac fletibus insomnes ducere, tempus lachrymosis occupare lamentationibus, stratos adhærere cineri, in cilicio volutari et sordibus. Idemq; rursus: ¹ Rogādus est Deus ² Sermo. 54 et satisfactione nostra placandus, delicta nostra de laps. reputanda, actus nostri et animi secreta volenda, conscientiae merita ponderanda. Nec multò post: Poenitentiae iter quod ostendit antistes, amplectamur: remedia vitalia, quae de scripturis cælestibus ille depromit, assumamus, et ex vulneribus etiam occultis, quorum exomologes in fecimus, exponentes apud eum conscientiae nostræ pondus, salutarem medicinam exquiramus: nec cessemus in agenda poenitentia atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti videtur, in neglecta Satisfactione cumuletur.

Et ² Augustinus clarissime dixit: Non sufficit mores in melius commutare, et à factis malis recedere, nisi etiam de ijs quæ facta sunt, satisfiat Deo per humilitatis gemitum: per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Et apud Hieronymum³ legimus in hūc modum: Affligendum corpus, quod multis vacavit delitijs: longus risus perpeti compensandus est fletu: mollia linteamina et serica preciosissima, asperitate cilicij commutanda.

³ In Epiph. Paule,

DE SACRAMENTO

¶ Libr. 2. de Eodem spectans Ambrosius¹: Qui agit pœnitentiam inquit, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationis factis operire & tegere superiora facta, ut ei non impunitur. Atque idem alibi: **2 Ad virginem lapsam cap. 8.** Grandi plague alia & prolixa opus est medicina. Grande scelus gradem Homi. 34. in necessariam habet satisfactionem. Ita demum Gre Euāgelia. Vi goriū: Cogitandum est summopere, ut qui se illi de Emisenū ad Monach. hom. 5. & 10. Itē Theodo satisfaciat.

I X.

retum in epistole diuini norū decret. ca. de pœnit.

Estne satisfactioni etiam post mortem locus?

Ad hoc explicandum varia morientium conditio est obseruanda. Horum enim alijs gratiam Dei, vitæque innocentiam ad finem usque conseruant. Ad quos pertinet Manassis³ dipœnitentis. Etum, Iustis & ijs qui non peccauerunt, ut Abram, Isaac & Iacob, pœnitentiam non esse posse. Psalm. 6. b. Alij peccauerunt quidem, & ex accepta Dei gratia exciderūt, sed criminum fordes dignis pœnitentiæ fructibus in hac vita expiarunt: ut **1 Reg. 12. d** David, **2 Ezechias**, **3 Petrus**, **4 Magdalena**. Vtrunque **Psalm. 6. b** hoc genus nulla post mortem eget Satisfactione, **2 Esaiæ. 38. c** sed ab ea prorsus est liberum. **3 Mat. 26. g**

4 Lucæ. 7. e At longè plures sunt homines medijs generis morientes, nec valde mali, ut **3** Augustinus indicat, **ca. 110. & Be** qui peccatorum suorum pœnitentiam in vita perfectam protuerb.

fectam non præstiterūt: ideoq; per ignem⁶ saluan⁶ i. Cor. 3.6
di, ut quod satisfactioni pro hac vita conuenienti Sic interpre-
defuit, in altero seculo iustitiae diuinæ persolua- tatur eū lo-
tur. 7 Nihil enim coinquinatum intrabit in cū idē. Aug.
sanctam illam ciuitatem, in psalm. 37.
lib. 21. de ci-
uit. ca. 16. de

fide & oper. cap. 16. & in
Quam interim Deus pro ingenti clementia sua re psalm. 80.
laxare⁸ consuevit, pietate viuorum intercedente, Orig. homi-
ut defuncti, suorum in Ecclesia fratrum adeoque 12. & 13. in
membrorum adiuti suffragijs, à peccatis horren= Hiere. item
disq; peccatorum pœnis releuentur. Et huc spe= 25. in Nu. &
etat quod sacræ scripturæ tradit authoritas, ⁹ Sā Gregor. 4.
cta & salubris est cogitatio, pro defunctis o- dialog. 49.
rare ut à peccatis soluantur. Vnde laudatus est Beda in. 3. c.
Iudas ille Machabæus, quod singulari religione Lucæ.
ductus, pro mortuorum peccatis non preces mo= 7 Apo. 21. g
do, sed etiam sacrificium[°] offerri solicite atque Psalm. 14. &
sumptuosè curarit. 8 Augu. vt

In hanc sententiam concedunt venerandæ¹ Sy supra, & lib.
nodi et Patres, qui veram Ecclesiæ doctrinam 21. de ciuit.
tradiderunt. Ex quibus ut unus pro multis, idemq; ca. 24. hom.
fide dignissimus testis² Augustinus proferatur: 16. cap. 50. &
serm. 41. de

H 3 In sanctis.

Grego. 4. dial. ca. 39. Bernar. de obitu Humberti. Damasce. in
serm. de defunctis. Concil Florét. Trident. sess. 5. can. 30 & sess.
25. par. 9. 2. Mach. 12. g o Ibidem. 1 Conci. 4. Carthagi.
can. 79. & 95. Tolet. 11. can. 12. Tribur. can. 31. Brachar. 1. can.
34. Florent. Trident. sess. 25. 2 Lib. de cura pro mortuis ge-
renda. cap. 1.

DE SACRAMENTO

In Machabæorum libris (inquit) legimus, oblatum
pro mortuis sacrificium.

Sed et si nusquam omnino in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesie, quæ in hac consuetudine claret, authoritas, ubi in precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locū suū habet etiam cōmendatio mortuorum. Et rursus alibi: ³ Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud ultimum tremendumq; iudicium. Et quid illis verbis luculentius? ⁴ Orationibus sanctæ Ecclesie, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum (defunctorum) spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à Domino, quam peccata eorum meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuersa

³ De cluit. Dei. libr. 21. cap. 16.

⁴ Augu. de verb. Apost. serm. 34.

⁵ Lib. 4. epi. 1. & lib. 3. epist. 9.

⁶ vt sup.

⁷ De Eccl. hierarch. c. 7

⁸ Epist. 1.

⁹ Homil. 3. in episto. ad Philip. &c. 4¹ in 1. Corint. 8. 69. ab po-

Damasc. in orat. de stomus.

Quocirca ¹ Chrysostomus palam hortatur, ut pro viribus & ipse defunctos iuuemus, &

alios qui pro ipsis orent, commonefaciamus: Non enim temere ab Apostolis hæc sancta fuerunt,

ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur cōmemoratio. Sciunt enim illis inde multum con-

tingere lucrum, utilitatem multam. Ita Chrysostomus,

Hoc

Hoc est demum, quod aduersus² Aërianos Ec= i Epiphan.
 clesia fida Scripturæ interpres usque docuit, ig= hæresi. 75. &
 nem³ esse quandam purgatorium seu emendato= August. hæ-
 rium, ut Augustinus⁴ appellat, eoq; pœnas pecca- resi. 53.
 torum, quas hic Pœnitentia perfecte non diluit, de 3 Trident³
 functis in Christo fidelibus luendas & expiandas sess. 25. & 6.
 esse, nisi, prout Augustinus⁵ loquitur, viuentium Conci. Flor.
 suorum pietate illi releuentur. 4 In Psal.
 37. & libr. 2.
 de gen. cōr.
 Manich. ca.
 20. Greg. in
 3. Psal. pœni

X.

Quæ commendatio ac dignitas est
 pœnitentia?

HÆC est Euangelicæ prædicationis exor- tential. & li-
 dium, angelorum in cælis gaudiū, via inter 4. dial. c. 39.
 ris arcta, & angusta porta, per quam fideles ad vi- Bernar. ser.
 tam contendunt, & violenti rapiunt regnum cæ- 66. in Canti.
 lorum.⁶ Hæc lapsos erigit, saucios curat, imbecil- 5 In enchi.
 les roborat, mortuos viuificat, perditos restituit: 110. Et de cū
 omnia demum quæ peccatum vitiat, Pœnitentia ra pro mor-
 in nobis redintegrat. Hæc veteris vitæ odium no- tuis gerēda.
 striq; contemptum & omnem submissionem testa- ca. 14. & 18.
 mur: hac ipsa duce lugentes¹ consolationem affli- Mat. 3. b. 4. c
 eti curationem, humiles vero exaltationem repor- Marc. 1. b
 tamus. Hæc est qua Dæmones & vitiorum pestes Lue. 15. b
 superamus: qua meritas² pœnas auertimus, Dei Matth. 7. b
 placamus iram, conciliamus gratiam, & gloriam Matt. 11. b
 æternam comparamus.

H 4 Hinc

Chrysost. in homi. de pœnitentia. 1 Matth. 5. a 2 Hierem. 18. a
 Ezechie. 18. f. g. & 33. c. d Ionæ. 3. b Matth. 3. b 2. Corin. 7. c
 Acto. 11. c

DE SACRAMENTO

¶ Matt. 4. e Hinc illæ Christi voces in Euangelio: ³ Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnū cælorum. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. ⁴ Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. At is demū Cypria. ser. veram pœnitentiam agit, ut Cypriani verbis hæc
§. de lapsis. omnia concludamus, qui Dei & sacerdotes præceptis obediens, & obsequijs suis, & operibus iustis
§ Cōcil. Cōstantien. ses. Dominum promeretur.

¶ Florēt.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

Inno. 1. epis.

I. ad Decen-
tium.

Eugub. c. 8.

Petrus Da-
mianus ser.

I. in dedica-
tione Eccle-

Bernar. in vi-
ta Malachiæ

episcop.

Cōcil. Vvor-

matien. c. 72

Jacob. 5. d. &
ibidē Beda.

Quid de Sacramento extremæ vunctionis credendum est?

I Dipsum nempe, quod Catholica Ecclesia constanter dooet, signum hoc esse sacrum, inconservato oleo institutum, ut per illud cælestis virtus ad salutem non animæ solum & corporis applicetur ægrotis ex diuina institutione.

Cui Sacramento testimonium longè clarissimum præbet Iacobus Apostolus cum in hac verba scribit: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & oret super eum vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei,

Quid

II.

Quid his verbis docet Apo-
stolus?

Primū sacramenti huius ostendit elementū, seu materiam oleum esse, Pontificali benedictione (ut rectè ait Beda) consecratum. Significat autem ² hilaritatem animi & confirmationem internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius virtute ab ægroto percipitur.

misericordia, seu inhumanitas, et cordis durities.*

3 Ephes.5.b *Damnat hoc vitium Apostolus,³ ut Idolorum ser-
uitutem dixerit: nec eo contentus, ita scribit:*

4 I.Tim.6.b *4 Qui volunt diuities fieri, incident in tenta-
tionem & laqueū Diaboli, & desideria mul-
ta & inutilia & nocua, quæ mergunt homi-
nes in interitum, & perditionē. Radix enim
omnium malorum est cupiditas. Et alibi scri-*

5 Eccl.10.b *ptum habemus,⁵ Auaro nihil est scelestius. Itē,
Ibidem. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam.*

Hic enim & animam suam venalem habet.

6 Matt.6.c *Et Christus ipse testatur:⁶ Non potestis Deo
seruire & Mammonæ. Et iterum: Nolite sol-
liciti esse in crastinum. Quod Paulus etiā expli-*

2 Heb.13.2 *catius reddens, ita monet,¹ Sint mores sine au-
ritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit,
non te deseram neque derelinquam: ita vt*

2 I.Tim.6.b *confidenter dicamus, Dominus mihi adiu-
tor.² Habentes alimēta, & quibus tegamur,
his contenti simus.*

3 Videatur

Prosper de

vita cōtēp.

li.3.c.6

Isido. d sum

mo bono. l.

2.c.39

4 Grego. *vt se mentis cæcitatem, inconsiderationem, inconstan-*

sup.

v.
*Quid est Luxuria, qualemq; sobo-
lem gignit?*

Luxuria³ est appetitus inordinatus impure-
ter libidinosæ voluptatis. Gignit⁴ autem ex
tiā, præcipitationem, amorem sui, odiū Dei, deside-
rium

rium huius vitæ nimium, mortis futuriq; iudicij
borrorem, ac felicitatis æternæ desperationem.

Aduersus hoc peccatum, quod sapientes amen-
tes, et homines penè pecudes facit, ita Paulus:⁵ Fu-
gite fornicationem. Omne enim peccatum
quodcunque fecerit homo, extra corpus est:
qui autē fornicatūr, in corpus suum peccat.

Quamobrē & alibi in hunc modum scribit: ⁶ For-
nicatio, & omnis immunditia, aut auaritia,
nec nominetur in vobis, sicut decet Sāctos:
aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurri-
litas, quæ ad rem non pertinent, sed magis
gratiarum actio. Ac mirum est sane, ingenti pū-
dore non affici Christianos, qui coram Deo &
angelis eius foeda se libidine polluunt: cùm corpora
membraq; sua Spiritui sancto, & Christo Domi-
no veluti templo pura in baptismate cōsecrarint: ¹ Hinc iterum Paulus: ¹ An nescitis, quoniā mē-
bra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui
in vobis est, quem habetis à Deo, & nō estis
vestri? Tum rursus, Nescitis quoniam corpo-
ra vestra, membra sunt Christi? Tollens er-
go membra Christi, faciam membra meretri-
cis? Ac demum ita concludit: ² Empti estis pre-
cio magno: glorificate & portate Deum in
corpore vestro: ³ Fornicatores enim & adul- ³ Heb. 13. 2
teros iudicabit Deus.

⁵ 1. Cor. 6. d

⁶ Ephes. 5. a

¹ 1. Cor. 6. d

Ibidem.

² Ibidem.

4 De hoc
peccato scri-
bit Cyp.ser.
de zelo.& li-
uore. Basil.
in orat. d In-
uidia Chrys.
ad pop. ho-
mil. 44. & se-
quentib.
Prosper. li. 3.
de vit. cont.
c. 9. Ifidor d
summo bo-
no. li. 3. c. 125
1 Au. li. II.
de genesi ad
lit. c. 14
Prosp. sen-
tent. 292
2 Greg. vt
sup.
3 Gen. 4. a
4 I. Reg. uocantes, inuicem inuidentes.
20. f.

Quid est Inuidia, & quas procreat
filias?

INUIDIA⁴ est tristitia de bono alterius, & odii
alienæ felicitatis respectu superiorum, quia eis
non æquatur: & respectu inferiorum, ne sibi
æquentur: & respectu parium, quia sibi æqua-
tur, ut Augustinus¹ inquit: Filias² verò procreat,
odium, susurrationem, detractionem, in aduersis
aliorum rebus exultationem, in prosperis afflitti-
nem.

Certè Cain³ Abel germano fratri, & Saul⁴ Da-
uidi destinato regi generoq; suo legitur inuidisse.
Hoc execrandum crimen, præterquam quod ab
omni est charitate & humanitate remotum, homi-
nes etiam dæmonibus persimiles reddit.⁵ Inuidia
enim Diaboli mors introiuit in orbem terra-
rum: imitantur autem illum, qui sunt ex par-
te illius. Rectè igitur Apostolus monet:⁶ Non
efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē pro-
uocantes, inuicem inuidentes.

5 Sap. 2. c
6 Gal. 5. d
7 Gregor.
vt suprà

Quid est Gula, & quænam illius filia?

GULA est cibi ac potus appetitus inordinatus
Filias habet ineptam lætitiam, multiloquiū,
scurrilitatem, spurcitatem, sensuum & intellectus
hebetudinem.

8 Legatur
Basi. in orat.
cō. ebriosos

Quid verò fœdius, quam⁸ hominem à beluis
naturali

naturali quadam fragilitate contentis superari, Aug. de tēp.
 dum ventris, crapulæ & vinolentie quasi mancipium agit, dum bona dissipat, valetudinem lœdit, ser. 231. 232
 morbos accersit, ac vitam demum ipsam abrum= Chrys. inser.
 pit eripitq; sibi? Nam verè dictum est illud: ¹ Pro- cont. luxum
 pter crapulam multi obierunt: qui autem ab summo. bo.
 stinens est, adjicit vitā. Item, ² In multis escis ca. 42. & 43.
 erit infirmitas. Iubet ergo Christus, ³ Attendi- Am. de He-
 te vobis, ne forte grauentur corda vestra in cīl. & seq.
 crapula & ebrietate. Cæterū ab ebrietate nos ¹ Eccl. 37. d
 reuocans Paulus, Nolite, ⁴ ait, ineibriari vino, in ² Ibidem.
 quo est luxuria. Ebriosi ⁵ regnum Dei non possi debunt: ut idcirco tam grauiter interminetur quo ³ Luc. 21. g
 que Propheta potatoribus: ⁶ Væ qui potentes Vide Bur-
 estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad chardū. l. 14.
 miscendam ebrietatem. ⁴ Ephes. 5. d
⁵ 1. Cor. 6. b
⁶ Esaiæ. 5. c

VIII.

Quid est Ira, & quæ soboles ex illa
 nascitur?

IRA est immoderata cupiditas puniendi eius ⁷ Gregor.
 quo læsum se quis arbitratur, ⁷ Nascentur ex ^{vt sup.}
 illa detestandæ filiæ, Rixæ, tumor mentis, cōtume
 liæ, clamor, indignatio, atque blasphemia.

Est ⁸ hoc animi virus perniciosum, omnem iudi- 8 Lege Ba
 dicij prudentiæq; vigorem, & animi saepéq; cor= fil. in orat.
 poris sanitatem labefactans. Quare monuit Ec- cōtra. irasc.
 clesiastes, ¹ Ne sis velox ad irascendū, quia ira. Chrysost. ad pop. homil.
 29. & s.
 in ¹ Eccle. 7. b

DE PECCATIS

² Ephes. 4.⁸ in sinu stultirequiescit. Et gentiū dōctor p̄cepit: ² Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, si cut & Deus in Christo donauit vobis. Ceterum aduersus iraciundos, contentiosos, contume-

³ Matt. 5.^c liosos iam lata est Christi sententia, valdeq; me Vide Chrys. tuenda illa: ³ Omnis qui irascitur fratri suo, in Matt. reus erit iudicio: Qui autē dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

I X.

Quid est Acedia, & quas gignit filias?

Bern. ser. 3.
& 6. de ascē
fione Domi
ni
Greg. 3. par-
te curæ past.
admonitio-
ne. 16

ACedia est remissi animi languor ad bene opere randum: præsertim verò tristitia est de re spirituali. ⁴ Quæ has gignit filias, Malitiam, ran- corem, pusillanimitatem, desperationem, torporē, circa præcepta necessaria, mentisq; circa res illi- citas euagationem.

⁴ Gregor. Huic peccato sunt obnoxij homines ¹ ociosi, in-
31. moraliū ertes, & quos ² tepidos scriptura vocat, ac om-
e. 31 nes demum, qui tempus hoc gratiae diemq; salutis
¹ Matt. 20.^a rebus ac studijs vanis transfigunt. Finis autem hu-
Matt. 22.^a ius peccati est, quem docet in Euangelio Christus:
² Apoc. 3.^c ³ Omnis arbor, quæ non facit fructum bo-
³ Matt. 7.^c num, excidetur, & in igne mittetur. Tum ali-
bi: ⁴

bis. ⁴ Inutilem seruum ejcite in tenebras ex-
teriorē. Neque tacuit ille, quid interim à nobis,
ne torpeamus, fieri velit: ⁵ Videte, inquiens, vige-
late & orate: nescitis enim quando tempus ^{c.}
sit. ⁶ Contendite intrare per angustum por-
tam, quia multi, dico vobis, quærēt intrare,
& non poterunt:

Hæc summatim perstrinximus, ut qui iustitiae
viæ sunt minus edocti, præcipuos humani generis
morbos, atque execrandas pestes, quas ostendimus,
non solum cognoscant & obseruent; sed etiam
ex prescripto diuine legis, à se alijsq; depellere
& penitus arcere conentur. Beatus verò vir
qui non abijt in consilio impiorum, & in ⁷ Psalmi.1.2
via peccatorum non stetit, & in cathedra pe-
nitentiæ non sedit, quemadmodum Psaltes can-
nit Regius, ut primam iustitiae ac beatitudinis par-
tem cantico suo primo demonstret;

DE PECCATIS

ALIENIS.

I.

Quæ peccata dicuntur aliena?

EA, quæ licet aliorum manibus operaq; perficiantur, & interim nobis tamen meritò impūtuntur, nostrasq; conscientias damnationis coram Deo reas constituunt. Quamobrem de his accipi potest, quod scriptura imperat: ⁱ Ne communis
*L*auueris

DE PECCATIS

¶ 1. Tim. 5. d caueris peccatis alienis. Et quod orat Propheta
¶ Psal. 8. c Regius:² Ab occultis meis munda me Domi-
ne, & ab alienis parce seruo tuo. Eodem refert
3 Lib. 2. de Basilius³ Magnus, quod Ephesijs scriptum est.
baptif. q. 9 Paulo, ⁴ Nolite communicare operibus in-
4 Ephes. 5. c fructuosis tenebrarum, magis autem redar-
5 2. Tess. 3. b guite. Tum illud eiusdem Apostoli: ⁵ Subtraha-
tis vos ab omni fratre ambulante inordina-
tè, & non secundum traditionem, quam ac-
ceperunt à nobis.

II.

Quot numerantur eiusmodi
aliena peccata?

Nouem, sicut nouem ferè modis committūtur,
utpote Consilio, Iuſſione, Cōſensu, Irritatio-
ne, Laudatione, seu Adulatione, Reticentia culpe
alienæ, Connientia vel indulgentia, Participatio-
ne criminis, ac praua defensione.

III.

Quando peccatum alienum consilio
perpetratur?

Cum mali scilicet consilio, quod alij sequun-
tur vel se qui possent, ipsi sumus auctores &
¶ Ioan. 11. f administri. Exemplo sit Cayphas, ¹ qui consilio
suo Senatum Iudaicum in mortem Christi concit-
uit atque permouit. Contrà verò laudatur Ioseph
¶ Luc. 23. f ab Arimathia, et vir bonus iustusq; dicitur, ² quia
non consenserat consilio ex actibus eorum, Pon-
tificum

tificum scilicet & Phariseorum in Christi ³, necē impīe, conspirantium. Eiusdem classis fuit Demetrius ⁴ ille, qui cum alijs opificibus, vt suo stude-
ret quēstui, totam penē urbem Ephesiorum ad-
uersus Paulum Pauliq; doctrinam ingenti seditio-
ne compleuit. Impegit hic etiam infamis Herodias
qua rex Herodes per adulterium fœdè abuteba-
tur. Nam illius consilio & suasu instructa saltatrici filia, quod crudeliter appetiuit sanctissimi Ioā-
nis obtruncatum caput, nefariē impetravit.

3. Joan. 11. g.
Matt. 26. a.
4. Acto. 19.

Matt. 6. c.
Matt. 14. a.

L I I I.

Quando Iussio est peccatum alienum?

CV M ex decreto, mandato imperiōue nostro
redit ad proximum iniuria, vel malum quod
cunque perpetratur. Sic Dauid Rex innocentem
occidit ¹ Uriam, non suis quidē, aut seruorum ma-
nibus, sed per literas hoc agens atque demandans,
vt in prælio ille occideretur. Et præses ² Pilatus
mortis Christi est, quod illum in Iudæorum gra-
tiam cruci affigendum, & si inuitus quodammo-
do auctoritate sua adiudicauit ac tradidit. Ita sum-
mo se crimine ³ Pharaō & Herodes obligarunt
cum legem tyrannicam de occidēdis Hebreorū
infantibus ferrent, ⁴ Væ autem illis, qui condunt
leges iniquas.

1. q. s. d. i. 2.
12. Reg. 11. c.
2. Ioan. 19. c.
Luc. 23. d.

3. Exod. 1. c.
Matt. 2. c.
4. Efai. 10. a.

V.

**Consensus quando alieni peccati nos
reos facit?**

L 2 Cum

⁵ Auguſt. in
psalm. 50. in
fine.

⁶ Iren. li. 4.
cap. 46.

¹ Act. 7. g

² Acto. 23 c

³ Matt. 27. b

Marei. 15. a. b

⁴ Acto. 3. c
& 2. d

⁵ Rom. 1. d

⁶ Lib. 2. epi
fto. 7.

⁷ Iob. 2. c

⁸ Tob. 2. d.
& 3. a.

CVM ¹ quod ab alijs fit nequiter, à nobis
quasi suffragium accipit, & saltem tacite
⁶ approbatur. Ita peccauit Saulus in Stephani Pro
tomartyris necem ¹ consentiens. Peccarunt & vi
ri ex Iudæis plures quadragesima ² qui facta etiam
voti nuncupatione, in Pauli necem armarūt sese.
Peccauerint demum & ciues ³ Hierosolymitani,
suis Magistratibus, quò Christus perderetur, suf
fragantes, ut idcirco Petrus illis exprobrans dixe
rit, ⁴ Autorem vitæ interfecistis: Notanda est
igitur Pauli sententia, ⁵ Non solum qui faciūt
mala, sed etiam qui cōsentient facientibus,
digni sunt morte. Et hoc referri potest, quod
apud Cyprianum legimus, ⁶ Nō est immunis aſce
lere, qui ut faceret impetravit: nec alienus à crimi
ne, cuius consensu licet non à ſe admissum crime
tamen publicè legitur.

V L.

Quando irritatione nobis peccatum
alienum conflatur?

CVM ſcietes alium ad iram, vindictam, blaſ
phemiam, crudelitatem, aut conſimilia vi
tia, ſiue dictis id ſiat, ſiue factis, aut quacunque ra
tione alid, prouocamus. Ut cum uxor Iob₇ patien
tiſſimo viro petulanter insultans, quantum in ſe
quidem erat, ſuasit etiam Deum blaſphemare. Et
Tobiæ uxor ⁸ æquè morosa, maritum ſuis conui
tijſ frequenter infectans & exasperans hoc facit.

vt

*ut vir anxius domesticam iniuriam suspirijs, lac
chrymis & precibus ad Deum fusis prosequi co=
gatur. Contrà verò monet Ecclesiasticus:¹ Absti
ne te à lite, & minues peccata, Homo enim
iracundus incendit litem, & vir peccator tur
babit amicos, & in medio pacem habentium
immittit inimicitiam. Sic & Salomon dixit,²
Semper iurgia quærit malus, angelus autē
cruelis mittetur contra eum.*

VII.

*Quando per Laudationem, vel Adulationē
nostram peccato alieno fœdamus?*

*C*VM aliquem in malefactis, vel de improbi
tate commendamus, vel tanquam re benege=
sta, calcar addimus male currēti, ut ille in prauo
instituto pergat.³ Vx autem qui consuunt pul
uillos sub omni cubitu manus, & faciunt cer
uicalia sub capite yniuersæ ætatis ad capien
das animas, ut est apud Prophetam. In hoc vitiū
incident nonnunquam Ecclesiastici cōcionatores,
& magistratus male vulgo blandientes, dum eius
licentiae palam fauent & applaudunt. Rectè au=
tem Esaias,¹ Popule meus, qui te beatum di=
cunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuo
rum dissipant. Vnde Paulus eos iubet vitari Do=
ctores,² qui per dulces sermones & benedictio=
nes seducunt corda innocentium. Quoniam enim
³ laudatur peccator in desiderijs animæ suæ,

¹ Esaix, 3. c² Rom. 16. 8² Pet. 2. a³ Psal. 9. c

L 3 & ini-

DE PECCATIS

iniquus benedicitur, exacerbabit Dominū
peccator: ut regius propheta testatur.

VIII.

Quando Reticētiæ nostræ culpa peccatum
alienum in nos redundat?

Vum intempestuum nostrum silentium sine
Q subdito: siue cuiuis alteri adfert detrimen-

4 Aug. hoc mil. 7. ex. 50 Exempli causa, 4 si docendi, monendi, corri-

Prosper lib. piendiq; fratris aut populi nobis munus incumbit;

1 de vita cō & in eo interim, dum prodesse possumus, sine in-

temp.ca. 20. sta causa cessamus. Vnde per Esaiam testatur Do-

Isido.de sū- minus omni Euangelizanti: 5 Clama ne cesses,

mo bono li. quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia

3. cap. 44. 45 populo meo scelera eorum, & domui Iacob

&. 46. 5. Esai. 8. a peccata eorum. Audi porrò periculum in his,

6 Esai. 56. d qui non abs re canes 6 muti latrare non valentes

7 Ezech. 3. d dicuntur: 7 Si dicete me ad impium, dicit Do-

mīnus, morte morieris, non annunciaueris

el, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua

impia & viuat, ipse impius in iniuitate sua

mōrietur: sanguinem autem eius de manu

tua requiram. Adeò necessarium est obseruari,

quod Paulus non sine graui obtestatione postulat,

1 2. Tim. 4. Prædica verbū, insta opportunè, importu-

2. 2. argue: obsecra, increpa in omni patientia

1. Tim. 5. & doctrina. Tum idem alibi, 2 Peccātes, inquit,

coram omnibus argue, vt & cæteri timorem

habeant.

Quando

Quando nostra Conuenientia alienis
criminibus implicamur?

Quoties id, quod facultate vel auctoritate no-
stra emendari vindicariq; potest, et debet,
nos tamen impunitum ex in peius abire sinimus.

Ita peccant Magistratus, cùnt gladium frustā
portant, neque quod dicuntur, ³ ministri Dei sunt ³ Rom. 13. b
& vindices in iram his, qui agunt sceleratè vel se-
ditiosè. Hoc modo à Rege Saul ⁴ peccatum fuit, ⁴ 1. Reg. 15. d.
cùm aduersus Dei mandatum clementior esset ac
parceret hostibus Amalechitis. Peccatum idem ab
Achab Rege admissum est quando Benadab Re-
gem Syriæ in gratiam recepit: unde nec seueram
ita communicantis Prophetæ sententiam effugit: ¹ 3. Reg. 20.
¹ Hæc dicit Dominus: Quia dimisisti virum ^{d.}
dignum morte de manu tua, erit anima tua
pro anima eius, & populus tuus pro populo
eius. Eodem referri potest, quod Apostolus Corin-
thijs præcipit: ² Auferte malum ex vobis ² 1. Cor. 5. d
ipfis: Nescitis quia modicum fermentum to-
tam massam corrumpt? Expurgate vetus
fermentum.

Secundò h̄ic peccant Patres & Matres fami-
lias, Heri & Præceptores, dum sibi concreditos
nimia disimulatione, & indulgentia quadam in
educando perdunt, & negligentia scordiaque
sua in discrimen deduci permittunt. Sic paternæ

3. **i.** Reg. **3.** prorsus indulgentiae culpa deprauatos legimus: si
c. **4.** d. lios Heli, ³ qui idcirco immodicæ lenitatis sue pœ-
nas graues dedit.

Hic etiam addi potest peccatum, quod vocari
solet omissione fraternalis correptionis, admonitionis

4. Matt. **18.** b. vel reprehensionis. Quandoquidem Christus⁴ quo
que semel atque iterum, & tertio corripiendum
esse fratrem monuit, ut peccantem illum lucris-
ciamus. Quanquam alijs distinguunt inter huiusmo-
di omissionem & priorem, de qua diximus, conni-
uentiam, ut duos alieni peccati modos ex hisce co-
stituat.

Quid est Participatione alienum peccatum
contrahere?

ID maximè fit, quando in partem lucri cum fu-
ribus, siue raptoribus venimus: cum itidem bo-
na iniuste parta, vel quouis modo aliena nobis una
cum alijs scienter vendicamus aut retinemus: cum
insuper spolijs alienis ditescimus. Quò pertinere
videtur, quod Psalmographus dixit, ¹ cum furib[us]
ipsis currere, & cum adulterijs portionem habe-

¹ Psal. **49.** c. Au. in Psal. **129** Esaia. **i.** c. re. Sic & Esaias obiicit populo Iudaico: ² Princi-
pes tui infideles, socij furum, omnes dili-
gunt munera, sequuntur retributiones. Gra-
uius adhuc delinquunt, qui lucrum sibi ex alie-
na turpitudine aperte parant, ut Lenones: qui-
ue latronibus, & notæ turpitudinis vel factio-
nis hominibus præbere audent hospitium & lo-

cum,

cum, quò se illi, aut sua recipiant.

X I.

Quomodo alienum peccatum nostra Defensione committimus?

CV M aut malefactoribus patrociniamur,
aut doctrinam alterius quamvis peruersam
& impiam tuemur, vel spargimus, quum nostra
itidem cura vel opera, quod contra fas & quum in=
stituitur, promouere atque propugnare contem=
dimus. Aduersus hos diuinum intonat oraculum:

¹ Væ qui dicitis malum bonum, & bonum
malum: ponentes tenebras lucem, & lucem
tenebras: ponentes amarū in dulce, & dulce
in amarum. Ac rursus: ² Non sequeris turbā
ad faciendum malum: nec in iudicio pluri=
morū acquiesces sententiæ, ut à vero deuies.

¹ Esaiæ. 5. c² Exod. 23. 2

Hæc satis de peccatis, ut vocant, alienis, quæ
nunc profecto longè lateq; patent, & summa quo
tidie licentia, à magnatibus præsertim, perpetrantur.
Adeoq; vulgo ea non cauēntur, ut plerique
peccata non esse putent ac floccipendant, etiam si
suas & aliorum sëpè conscientias his criminum
sordibus cōspurcent, ac perpetuis pœnis obligent.
Possunt autem dictæ species omnes in tria serè ge
nera coniisci, breuiterq; ut Magnus Basilius³ ostē
dit, comprehendendi. Quod enim in alieni erroris vel de baptis.
peccati societatem incidimus, id fit aut re & ope= ⁴ quest. 9
re, aut voluntate certiore animi proposito tatu: aut

L 5 supina

DE PECCATIS.

Supina negligentia, sic quando admonēdi, & emē
dandi officio nostro alij defraudantur.

Sed longè omnium deterrimū peccādi genus est,
quo delinquitur in Spiritum sanctum.

DE PECCATIS IN SPIRI- TVM SANCTVM.

I.

Quid est peccatum in Spiritum
sanctum?

EST, oblatam Dei munificentiam & gratiā,
quaे Spiritui sancto, ceu fonti bonorum, tri-
bui peculiariter solet, ex malitia contemptim abij-
cere. Atque hoc est peccare inexpiabiliter, vt iux-
¹ Matt. 12. c ta Christi verbum, ¹ nec in hoc ipso, neque in futu-
^{Marc. 3. d} Au . de ver- ro seculo tales tatiq; peccati remissio impetretur.
bis Domini Hac enim lege nobiscum agit Deus, vt nec gratiā
ser. II . in terris, neq; gloriam in cælis tribuat alijs, quam
Gelasius in qui peccatum detestantur agnitus, & præter id
tomo d' vin bonum sibi proponunt, rectumq; eligunt vitæ in-
culo Ana- stitutum. Cæterū in hisce peccatis, quaे fiunt in
thematis Spiritum sanctum, abest, tum peccati detestatio,
tum boni quod sectandum erat, electio, & abiicitur
prætere à id, quo Spiritus sanctus pro sua gra-
tia hominem à peccādo solet reuocare. Hinc fit, ut
eiusmodi peccatis implicati, Dei gratiam aut nun-
quam, aut raro & ægre admodum consequantur,

Peccata

Peccatur enim nō ex humana imbecillitate vel frā
gilitate: quod vocant peccare in Patrem Patrisqz
potentiam, vt in Petro¹ Apostolo Christum ipsum
negante cernimus: neque rursus ex ignorantia, ¹ Matt.26.g
quod est peccare, vt appellant, in Filium Filijque li.25.moral.
sapientiam, sicut²: Saulo accidit Ecclesiam perse ^{c.16}
quenti: sed quod longē grauius est, ex malignitate ² 1.Tim.1.c
& peruicacia mentis peccatur: vt exemplum ^{Act.9.a}
præbent peruersissimi & obstinatissimi illi Pha=
risæi.

II.

Quot sunt peccata in Spiritum
sanctum?

Eiusmodi sex recensentur, ut vulgo quidem re
cepta sunt eorum hæc nomina: Præsumptio
de misericordia Dei, vel de impunitate peccati,
Desperatio, Agnitæ veritatis impugnatio, Frat= ²
ternæ charitatis inuidentia, obstinatio, & Impœ= ²
nitentia. Significantius autem erit, si quis ita nu= ²
meret.

- I. Diuina misericordia confidenter abutī.
- II. De gratia Dei vel salute sua prorsus despe= ²
rare.
- III. Veritatem Religionis aduersus suam ip= ²
sius conscientiam hostiliter oppugnare.
- IV. Pertinaci inuidia concitari grauiter ob alie= ²
næ salutis & virtutū fraternalū successum.
- V. Obsfirmato animo in crimine sciēter persistere.
- VI. Absque

VI. Absque pœnitentiæ proposito peruersæ vi
tæ finem nullum facere.

III.

Quænam Præsumptio facit peccatum in Spi
ritum sanctum?

¹ Gre. in. c. 3. li. 1. Regū & li. 3. mo. tal. c. 15 E A,¹ quæ hominem sola Dei misericordia con
fidentem, & ad peccandum audacem facit, se
posita videlicet ac abiecta omni iustitiae timorisq;
Divini ratione.

² Au. de fi
de & operi-
bus. c. 22 Etsic sanè peccat hodie complures, qui sola² fi
de in Christum sibi blandientes, vel in medijs pec
atorum sordibus,³ ut iumenta, computrescunt,
⁴ 2. Pet. 2. d nec sibi solùm, sed alijs itidem polliceri audet⁴ se
curitatem, modò meritis Christi & Dei gratia
per fidem apprehensæ fidant quantumuis interim
pœnitentiæ⁵ fructus negligantur. Horū verò sin
gulis acclamat gentium Doctor in fide & verita
te Paulus:⁶ An diuicias, inquit, bonitatis Dei,

⁵ Luc. 13. 3 & Rom. 2. 2 & patientiæ, & longanimitatis contemnisti?
Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœni
tentiam te adducit? Quamobrem idem Paulus
alibi fidem solam¹ adeò iactari non vult, ut etiam

¹ 1. Cor. 15. a ² Philip. 2. b credentes omnes iubeat cum metu² ac tremore sa
³ Iacob. 2. d lutem suam operari: Fidemq; commendat, nō mor
⁴ Galat. 5. a tuam,³ ut Iacobus vocat, sed viuam & efficacē,
⁵ Eccl. 5. a. b que per 4 Charitatem legitimè operatur: Con
tra hoc enorme peccatum sic Ecclesiasticus cla
mat: ¹ De propitiato peccato noli esse sine
metu,

Vide Aug.
hom. 50. ex
jo. c. 10

metu, neque adiicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores ira illius respicit. Recte igitur Propheta: ⁶ Misericordia & iudicium cantabo tibi Domine. Tum alibi: ⁷ Honor regis iudicium diligit.

⁶ Ps. 100. a
⁷ Psal. 98. a

1111.

Quomodo peccatur in Spiritum sanctum
Desperatione?

Cum præsumptione, de qua dictum est, contra
cuius prorsus vitium accesserit, ut omnem
spem abiiciat homo vel impetrandæ apud Deum
veniae, vel salutis æternæ consequendæ.

Hoc modo peccauit desperando Cain, ut sua ipse
voce testatur, cum inquit, ⁸ Maior est iniquitas
mea, quam ut veniam merear. Peccauit & Iu-
das¹ Christi proditor, cum salutis desperatione ⁱ Matt. 27. a
commotus, vitam laqueo sibi infelix abrupit. At-
qui nulla nimis est sera homini pœnitentia, uti La ² Luc. 23. f
tronus² exemplo demonstratur, qui in cruce ex-
tremisque vitae spacijs Christi ingentem gratiam
& celestem gloriam est consecutus.

⁸ Gen. 4. b

v.

Quando veritatem impugnans
peccat in Spiritum
sanctum?

Quum

Qum de fidei, & religionis negotio veritas non ex ignorantia sed malitia studiose oppugnatur, ut hinc veritatis Catholice ledatur.

- 3** *Matt. 12.* synceritas. *Huic peccato Pharisæi*³ obnoxij erat,
b. 15. a. 21. d. quibus vél præcipue videmus curæ fuisse, tam malignè, quam falso blasphemare Christum, insectâ
Ioan. 7. g. *ri doctrinam Euangeli*, testimonium⁴ Apostoloꝝ
4 *Act. 4. d.* rum suppressimere, idque contra suam ipsorum con-
5. d.
5 *Leo epis.* scientiam. *His*⁵ non sunt absimiles, qui à Prophets
10. ad Flavia dicuntur sedentes⁶ in cathedra pestilentie, à Pe-
num ca. 1. tro 7 autem magistri mendaces, qui introducunt
6 *Psalm. 1. a.* sectas perditionis, à Paulo 8 demum vocantur He-
7 *2. Pet. 2. a.* retici, homines, 9 corrupti mente, reprobi circasi
8 *Tit. 3. c.*
9 *2. Tim. 3. b.* dem, o attendentes spiritibus erroris, subuersi, &
0 *1. Tim. 4. a.* suorum ipsorum iudicio condemnati. Quibus an-
1 *Tit. 3. c.* numerari potest seductor Elymas, quē Paulus pa-
di. 2. 20. 21. lam obiurgans mira cum vehementia dixit: ² O
2 *Act. 13. b.* plene omni dolo & omni fallacia, fili diabo-
2. 25. 26. 27. li, inimice omnis iustitiae, nō desinis subuer-
2. 28. 29. 30. tere vias Domini rectas?
- Refertur ad hāc quoq; classem blasphemia Spi-
Matt. 12. c. ritus: quod peccatum Christus in Iudeis magnope
re taxat, ac reliquis peccatis deterius facit. Atque
utinam modò hic non peccaretur, Nam blasphem-
3 In epist. Spiritum sanctum ex illi, ut scribit Damas-
*ad Aureliū sus,*³ qui contra sanctos Patrum Canones Spiriti-
Carthag. tus sancti instinctu dictatos libenter aliquid aut
protervè agunt, aut loqui presumunt, aut face-

re volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemiarū in Spiritum sanctum. Sic Damasus.

V I.

Quomodo Inuidentia fraternæ gratiæ peccatum est in Spiritum sanctum?

Q Vando dolemus ac tristamur grauiter de splendore augmentòue virtutum donorumq; Dei, quibus frater est conspicuus.

Quod crimen non tā hominis videtur esse proprium, quām Sathanæ,³ qui Dei gratiam in homine tum augeri tum conseruari fert impatientissimè: et idcirco non modo fratrum¹ accusator, ve rūm etiam bonorum omnium implacabilis est² ad uersarius, qui tanquam Leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Sathanæ filij ex Iudæis fuere, qui nascentem Euangeliū gratiam omnino gentibus inuidebant, ut in actis³ Apostolicis legimus.

Sap. 2. d

Apoc. 12. c

1. Pet. 5. c

Act. 11. a

V II.

Quæ obstinatio facit peccatum in Spiritum sanctum?

E Animirum, quæ obfirmatum plane animum adfert aduersus bene monentem, ut nullis quidem rationibus ab instituto damnabili se deflecti quis patiatur.

Fuit hoc peccato insigniter obstrictus Rex Pharaon, qui si toties moneretur à Moysè, & subinde flagellis Dei grauissimis affligeretur: & deinceps.

tanien

- tamen in proposito Tyrannico perstigit, & perijt
 5 Exod. 14. g. Lobstinat⁹. Nota est & Iudeorū inuicta⁶ pertina-
 6 Hier. 5. a. cia, quos suis veluti coloribus depingens Stephā-
 7 Act. 7. f. nus,⁷ Dura ceruice, inquit, & incircuncisi cor-
 dibus & auribus, vos semper Spiritui sancto
 restitistis. Nec sunt dissimiles hodie, qui nobis ad
 dicti Sectis, ne audire quidem aut legere sustinet
 1 Psal. 57. a. Catholice docentem, quasi aspidum¹ instar ocellu-
 2 Iob. 21. b. sis illi contra dulcem melodiam, id est, sanam Eccle-
 siae doctrinam auribus, dicere videantur: ² Rece-
 de à nobis, scientiam viarum tuarum nolu-
 mus. Quod nihil aliud est, quam ut Paulus loqui-
 3 Rom. 2. a. tur,³ secundum duritiam & impoenitens cor the-
 saurizare sibi iram in die irae, & reuelationis ius-
 sti iudicij Dei. Nam ut Salomon quoque docet,
 4 Prou. 29. a. ⁴ Viro qui corripientem dura ceruice con-
 temnit, repentinus eius superueniet interi-
 tris, & eum sanitas non sequetur.

VIII.

Quando peccatum Impoenitentiae
committitur?

- Au. d. verbis
 Domini. ser.
 II.
 * Vel essent
- C um homo peccatorum suorum, que salutari
 pœnitentia expianda forent, ^{*} finem modum
 que nullum facit, ac proponit insuper se nolle un-
 quam pœnitere.

- 5 Psal. 33. d. Talium certè qui deploratè peccatores sunt,
 ac manere volunt, vita iuxta & mors ⁵ pessima
 est, quum illi si non verbis, at re ipsa dicere videa-
 tur:

tur: ⁶ Percussumus fœdus cum morte, & cum ⁶ Esaix. 22
inferno fecimus pactum. Ac de his etiam di= d.
ctum accipi potest, quod Ioannes testatur, ⁷ Est 7 i.Ioā.5. d
peccatum ad mortem: non pro illo dico ut
roget quis.

Hæc dicta sunt hæc tenuis de peccatis in Spiritum
sanctum, grauiſſimis illis quidem, & quæ aut nun
quam, aut egrè admodum à Deo homini remittun
tur. Quapropter aduersus eā ſepe nos ipſos mu
nire, & alios confirmare debemus, ut obſeruetur
illud: ¹ Nolite contristare, nolite extingueret
Spiritum Dei: ² Hodie ſi vocem eius audieri
tis, nolite obdurare corda vestrā. Non ³ ob
duretur quis ex vobis fallacia peccati. Cor
⁴ enim durum habebit male in nouissimo. ⁴ Ecclesi. 10
Nunc porro ad peccata quæ & ipſa non parum ^{d.}
enormia ſunt, & in cælum clamantia dici ſolent,
accedamus.

DE PECCATIS IN CŒLVM CLAMANTIBVS.

I.

Quæ dicuntur peccata in cœlum clamā ia? Aug. 10 En
EA, quæ præ cæteris insignem & manifestam
improbitatem habere noſcuntur, diuinamque
iram & ultionem insigniter accersunt ijs, à qui
bus committuntur. Eiuscēmodi quatuor è Scriptu
ra numerantur, Homicidium voluntarium, Pecca
tum Sodomiticum, Oppreſſio pauperum, &

Merce operariorum defraudata.

II.

Quomodo Scriptura vindicari docet
Homicidium voluntarium?

Grauiter sanè, quemadmodum hisce verbis Deus ostendit, quibus Cain primum increpat homicidam:¹ Quid fecisti? inquit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nuc igitur maledictus eris super terram. Et alibi vox Diuina testatur:² Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Cōcinit Psaltes Regius:³ Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Summum enim hoc scelus est & atrocissimam proximo iniuriam adfert, qui vitam & adimit absque legitima authoritate. Vnde à Christo etiam dictū est, Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Matth. 26.6

III.
Quid verò de Sodomitico peccato, eiusque punitione scriptum extat?

Gen. 13.6

Homines Sodomitæ, inquit Scriptura, pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis: Nefandum hoc & flagitiosum peccatum Petrus¹ & Paulus² coarguunt: tum natura ipsa execratur: Scriptura verò tanti flagitiij magnitudinem his etiam verbis declarat:³ Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus

1. 2. Petr. 2. b.c.

2. Rom. 1. d

1. Tim. 1. b

3. Gene. 18. c

catus est, & peccatum eorum aggrauatum
est nimis. Vnde ad Loth iustum & ab infandis
Sodomitarū stupris maiorem in modum abhorren-
tem sic Angeli loquuntur, ⁴ Delebimus locum ^{4 Geñ.19.c}
istum, cō quod increuerit clamor eorum co-
ram Domino, qui misit nos vt perdamus il-
los. ^{5 Ibidem.d} Igitur Dominus pluit super Sodomam &
& Gomorrah sulphur & ignem à Domi-
no de cælo, & subuertit ciuitates has & om-
nem circa regionē. Neque tacet Scriptura cau-
fas, quæ ad hoc pergraue peccatum Sodomitas im-
pulerunt, & alios itidem permouere possunt. Sic
enim legimus apud ^{6 Ezech. 16} Ezechielem: Ecce hæc fuit
iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, fa-
turitas panis, & abundantia, & ocium ipsius
& filiarum eius, & manum egeno & pauperi
non porrigeant.

Huic autem flagitio nunquam satis execrando
sunt obnoxij, qui diuinam, immo & naturalem le-
gem in Leuitico scriptam violare non verentur.
Ea sic habet, ¹ Cum masculo non comiscea-
ris coitu fœmineo, quia abominatio est. ^{1 Leuit.18.c}
Cum omni pecore non coibis, nec macula-
beris cum eo. Quod si fiat, terram ipsam tam te= ^{Vide Chrys.}
tris ac nefandis libidinibus pollui ac iram diuinam ^{homil. 4. in}
aduersus populum maiorem in modum concitari, ^{epist. ad Ro.}
tum crimen mortis supplicio expiandum esse, eo= ^{Terrullia.in}
dem ² loco monemur. Vnde Paulus nō semel etiam ^{lib.de Pudi-}
citia. ^{Au.li.3.con-}

M 2 arguit b,
^{fess. cap.8.}
^{2 Leuit. 20}

3 1. Cor. 6 b arguit masculorum³ concubitores: damnat præ-
 1. Tim. 1. b tere à immundis atque molles. E quibus unus erat
 Galat. 5. d Onan⁴ Iudæ filius, qui præsentem Dei ultionem
 4 Gen. 38. b effugere non potuit, quod in terram semen fun-
 deret, peiorq; bestijs, naturæ honestatem ac ordi-
 nem vellet perrumpere.

111.

Quid Scriptura de pauperum Oppres-
sione proponit?

A Duenam non contristabis, dicit Dominus
 1 Exo. 22. d Anus, ⁵ neq; affliges eum: aduenæ enim
 & ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduæ & pu-
 pillo non nocebitis: si læseritis eos, vocifera-
 buntur ad me, & ego audiam clamorem eo-
 rum, & indignabitur furor meus, percutiāq;
 vos gladio: & erunt vxores vestræ viduæ, &
 filij vestri pupilli. Quapropter Aegyptij tot pla-

2 Exod. 7. gis¹ attriti, & cum suo Rege crudelissimoq; Ty-
 & deinceps² ranno Pharaone, qui ne à paruulis² quidē Hebreo

3 Ibid. 1. c rum occidentis sibi temperauit, submersi³ denum

3 Exod. 14. fuere, videlicet ob suam in Israëlitas plus quam Bar.

4 Exod. 3. b baricam immanitatē. Vidi, inquit Dominus, 4 af-
 flictionē populi mei in Aegypto, & clamo-
 rem eius audiui, propter duritiā eorum qui
 præsunt operibus, & sciēs dolorem eius de-
 scendi, vt liberem eum de manibus Aegy-

5 Elaiz. 10. ptiorum. Hinc apud Esaiam quoque intermina-
 tur Dominus: 5 Væ qui cōdunt leges iniquas:
 & scri-

& scribentes iniustitiam scripserunt: vt op-
primerent in iudicio pauperes, & vim face-
rent causæ humilium populi mei: vt essent
viduæ præda eorum, & pupillos diriperent:
Et apud eundem Prophetam de inhumanis & ini-
quis Magistratibus extat hec querimonia: ⁶ Prin 6 Esaie.1.c
cipes tui infideles, socij furum: omnes dili-
gunt munera: sequuntur retributiones. Pu-
pillo non iudicant, & causa viduæ non in-
greditur ad illos. Item, ⁷ Populum meum ⁷ Esaie.3.b
exæctores sui spoliauerunt. Nec dubium quin
ciuitates & prouinciae hoc execrando peccato
quod à tyrannicis Magistratibus perpetratur, in
summum sæpè discrimen adducantur.

V.

Quid postremò Scriptura docet de mercede
operarijs retenta, vel imminuta?

A Pud Iacobum Apostolum legimus, quam is
graüiter diuitibus exprobret crudelē tena-
citatem, summamq; in defraudandis operarijs ini-
quitatem. ¹ Ecce merces, inquit, operiorum ² Iacob.5.2
qui messuerūt regiones vestras, quæ frauda-
ta est à vobis clamat: & clamor eorum in au-
res Domini Sabbaoth introiuit. Ecclesiasticus ³ Eccles.34.d
verò in hunc modum, Panis egentium, ait, vita
pauperis est: qui defraudat illum, homo san-
guinis est. Qui aufert in sudore panē, quasi
qui occidit proximum suū. Qui fundit san-

DE PECCATIS.

guinem, & qui fraudem facit mercenariò, fratres sunt.

2 Deut. 24. Itaq; lege diuina sancitum est: ² Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratri tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei premium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.

VI.

Quò referenda est omnis hæc de peccatis tractatio, & quis illius usus?

HÆC tractatio ad priorem spectat Christianæ iustitiae partem, quæ in malis cognoscendis & fugiendis est posita: Usus autem ac fructus tractationis est, ea quæ verè mala, Deo contraria, hominibus pernicioſa sunt, ritè discernere, discreta prorsus cauere, & si quid horum admissum sit, sedulò expiare.

1 Prou. 14. b Hinc etiam discimus, quo modo sapiens à stulto, iustus ab impio differat. ¹ Sapiens enim timet & declinat à malo: Stultus vero transilit, &

2 Prou. 18. c cōfidit. ² Non enim recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius, teste Salomone, qui hoc etiam scriptum reliquit: ³ Iustorum semita quasi lux splen-

dens, procedit, & crēscit usque ad perfectam diem:

diem: via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi
corruat, pleriq; certè peccata quæ indicauimus,
pernicioſas illas animorum pestes turpiter igno= ¹
rant: ¹ alij ut norint maximè, non fugiunt tamen, ¹ Au. in En
neque detestantur. Pessimi verò illi sunt, qui pecca
ti cōſuetudine ² obduruerūt: de quorū genere dictū ² Au.ser.88
est illud: ³ Impius cùm in profundum vene= de tempore
rit, contemnit: sed sequitur eum ignominia ³ Prou.18.
& opprobrium. Ea verò in primis contemnit,
quæ Christiana Iustitia nō ſolū ad vitiorum ob=
ſeruationem ſeu differentiam cognoscendam, ſed
etiam ad eorum deuitationem et expiationem ad=
hibendam poſtulat.

VII.

Quibus verò modis peccata expiantur?

HI C in primis est extra cōtrouerſiam, Chri= ⁴ Rom. 3. d
ſtum nobis eſſe ⁴ propitiatorem, & illum ⁵ Ioann. 1. d
Dei agnum, qui tollit peccata mundi, quiq; ſolus ^{1. Cor. 1. d}
remiſſionem peccatorum nobis potuerit prome= ^{Heb. 1. a}
reri, & purgationem eorum facere.

Deinde certum eſt, Deum fide purificare cor= ⁶ Act. 15. b
da, ut Petrus ⁶ inquit, quod citra fidem (humanæ ⁶ Heb. 11. a. b.
ſalutis oſtium ac fundamētum) nullus peccatorum ^{Heb. 11. a. b.}
remiſſionem aut expiationem, conſequi aut ſpe=
rare poſſit. Fide verò destituuntur, qui cum Eccle=
ſie fide non conſentientes, vana quadam fiducia
peccati remiſſionē & iuſtificationis gratiam pro=
pter Christum ſibi alijsq; pollicentur.

DE PECCATIS

¶ Cyril. li. Qui verò in Ecclesiæ fide & eius unitate persi-
3. in Leuiti. stentes, à peccatis cupiunt liberari, multos illi mo-
Au. lib. 2. cō dos¹ ad peccatorum suorum expiationem in Scri-
tra Cresc. ca. ptura propositos habent, inter quos principem te-
12. net locum Pœnitentiae Sacramentum, quo negle-
Chrys. con- cione. 4. de cto, ² frustra de reliquis lethalium peccatorum re-
Lazaro in fi medijs adhibendis agitur. Hoc enim ut præsens,
ne.

I.

2 Vide su-
pra in Sacra
mento Pœ-
nitentiae.

3 Ioan. 20. f

II.

4 Au. hom.
47. ex. 50.

5 Tob. 4. b

6 Dani 4. c

Chrys. hom.

26. in Matt.

III.

1 Matt. 6. b,

38. d

Qui verò in Ecclesiæ fide & eius unitate persi-
stentes, à peccatis cupiunt liberari, multos illi mo-
dos¹ ad peccatorum suorum expiationem in Scri-
ptura propositos habent, inter quos principem te-
net locum Pœnitentiae Sacramentum, quo negle-
cto, ² frustra de reliquis lethalium peccatorum re-
medijs adhibendis agitur. Hoc enim ut præsens,
ita necessarium pharmacum Christus animarum
medicus instituit, contra omnem peccati leprā va-
litudinē, idq; cōmendans dixit Sacerdotibus: ³ Quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Secundò purgantur & expiantur ⁴ eleemosy-
na: quia scriptum est, ⁵ Eleemosyna ab omni
peccato, & à morte liberat, & non patietur
animam ire in tenebras. Monet igitur prophē-
ta: ⁶ Peccata tua eleemosynis redime, & ini-
quitates tuas misericordijs pauperum.

Tertiò remittuntur peccata, dum quantumvis
læsi, fratri offendam condonamus: dicente Domi-
no, ¹ Si dimiseritis hominibus peccata eo-
rum, dimittet & vobis Pater cælestis delicta
vestra.

III.

Quartò idem fit, cum peccantem fratrem cor-
ripiendo emendamus ac lucrifacimus, sicuti scri-
ptum est: ³ Qui conuerti fecerit peccatorē ab
errore viæ suæ, saluabit animam eius à mor-
te, & operiet multitudinem peccatorum.

V.

Quintò huc pertinet abundatia sincerae chari-
tatis,

tatis, ad impetranda & conficienda bona omnia
præpotentis: ob quam de Magdalena dicitur:³ Re 3¹ Luc. 7.8
mittuntur ei peccata multa, quoniam dile-
xit multum.⁴ Charitas enim operit multitu-
dinem peccatorum.

4 Prou. 10. b

& 1. Pet. 4. b

5 Psal. 50. d

VI.

6 Psal. 101. c

Sexto ad idem valet contriti⁵ cordis sacrificiu^m,
quod nunquam despicit Deus, & humilis cognitio
sui, confessioq; peccatorum. ⁶ Respicit enim Do-
minus in orationem humiliu^m, & non despicit pre-
ces eorum. Ut hinc etiā David de seipso testetur,
7 Duxi, confitebor aduersum me iniustitiam 7 Psal. 31. b
meam Domino, & tu remisisti impietatem
peccati mei. Ac Iohannes generatim omnibus ve-
re confidentibus hanc gratiam pollicetur.¹ Si cōfi- 1. Ioh. 1. d
teamur, inquit, peccata nostra, fidelis est &
Christus, ut remittat nobis peccata nostra, &
emundet nos ab omni iniquitate. Igitur Ni-
niuitæ cum humilitatis & pœnitentiæ operibus se-
dulò insisterent, præsentem Dei iram placauerūt,
& iamiam imminens urbi, ac patriæ exitium auer-
terunt. Quare sic de illis scriptum legimus:² Vi- 2 Ionx. 3. d
dit Deus opera eorum, quia cōuersi sunt de
via sua mala, & misertus est Deus super ma-
litiam quam locutus fuerat vt faceret eis, &
non fecit.

Sic demum scriptura teste discimus his alijsq;
modis & officijs veræ pietatis Christi gratia edi-
cis hoc effici, vt credentium et pœnitentium in Ec-

DE PECCATIS

3 2. Cor. 7. 1 clesia, sicut diximus, peccata expientur. Eòque spe
et ans Apostolus monet: **3** Has habétes promis-
siones charissimi mundemus nos ab omni
inquinamento carnis & spiritus, perficiétes
sanctificationem in timore Dei. Nec minus
4 Iacob. 4. c grauiter Iacobus **4** Emundate, inquit, manus
peccatores, & purificate corda duplices ani-
mo. Miseri estote & lugete et plorate: risusve
ster in luctum conuertatur, & gaudium in
mcerorem. Humiliamini in conspectu Do-
mini, & exaltabit vos. Etenim non sufficit mo-
res in melius commutare & à factis malis recede-
re, vt Augustini¹ verbis iterum utamur, nisi etiā
de ijs quæ facta sunt, satisfiat Deo per poeniten-
& Cypr. de tiae dolorem, per humilitatis gemitum, per
laptis. contriti cordis sacrificium, cooperantibus elec-
mosynis.

1 Homi. 50. ex 50. cor. 5. Et enchir. c. 70.
Alioquin quisquis de peccatis lethalibus in se
aliqua dominari cognouerit, vt idem Augustinus
2 Ser. 41. de Sanctis. **2** est auctor, nisi dignè se emendauerit, & si ha-
buerit spacium, longo tempore poenitentiam ege-
rit, & largas eleemosynas erogauerit, & à pec-
catis ipsis abstinerit, illo transitorio igne, de quo
mi. 16 ex. 50 dixit³ Apostolus, purgari non poterit, sed ater-
In enchir. c. na illum flamma sine ullo remedio cruciabit. Non
67 enim capitalia post hanc vitam, sed minuta pecca-
ta purgantur expianturq;.

14. &c. q. 1. ad
Dulcitium.

Quid

Quid verò de minutis peccatis est
sentiendum?

ID scilicet, quod eiusmodi leuiora uti mentis euagatio verbum ociosum, risus immoderatus, & consimilia, que quotidiana, seu venialia peccata dicuntur, & sine quibus hæc vita non ducitur:⁴ In multis enim offendimus omnes, ut antea quoque monuimus, & si lethalia nō sunt, & in speciem minuta videntur, tamen haud quaquam sunt contemnda, Siquidem Deo displicent, seu ut Paulus loquitur,² cōtristant Spiritum sanctum, obfuscant conscientiam, Charitatis feruorem imminuit, virtutemq; profectum remorantur, & ad grauiora sēpe vitia periculaq; pertransiunt. Vnde scriptum est,³ Qui spernit modica, paulatim decidet.⁴ Qui amat periculum, peribit in illo.⁵ Qui in uno peccauerit, multa bona perdet.

Cauendæ sunt igitur, quanturi licet, hæ labes & fordes animæ, quoniam ut legimus,⁶ non intrabit in cælestem Hierusalem aliquid coquinatum. Ac nisi in hac vita illæ diluantur, etiam post mortem hominem grauant, nec sine poenis quidem acerbis purgatoriij ignis expiantur. Qui quidem ignis, & si perpetuus non sit, tamen si Augustino credimus, grauior est, quam quicquid homo in hac vita potest perpeti.

Quibus psal. poenitent.

⁴ Iacob.3.a
¹ Au. d decē
chordis.c.ii
& in Ps.129.
Ser. 244. de
temp.
Itē tract. 12.
in Ioan
Chrys:hom.
8.in. 1. Cor.
& in ser. de
leuiū pecc.
periculis.
² Ephes.4.g

³ Eccl.19.a
⁴ Ibid.3. c
⁵ Eccle.9.d
⁶ Apoc.21.g
⁷ Vide sus
præ de Satis
factione
⁸ in Ps.37.
ser.41. d san
ctis
Grego.in.3.
Psal. poenit-

Quibus autem remedij peccata leuiora purgantur?

VT eiusmodi animæ fordes in hac vita diluatur, Ecclesia vetus remedium istud agno

¹ Au. epist. uit & in usu habuit, humilem sui accusationem,
^{108. in en-} Dominicam p̄eacationem, pectoris tensionem, &
chir. c. 72 alias id genus pias in Deum ac etiam erga proximis

^{12. Ser. 41. d} exercitationes, corporisq; afflictiones sponsanctis. Lib. te ac religiosè suscepas. Quæ quidem remediata

^{21. de ciuit.} tò lubentius ac studiosius amplectuntur sapientes,
^{c. 27. & ho-} quò rectius norunt, & diligentius expendunt diuinæ iustitiae in vindicandis ² peccatis severitatem.

² Prosper Quod vel ex illa metuenda Christi sententia placet in sententijs num fieri potest: ³ Dico vobis, quoniam omne verbum ociosum, quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij.

⁴ 1. Pet. 4. d Itemque ex illo dicto Petri, ⁴ Iustus vix saluabitur. Ut hinc Iob, vir alioquin iustus & innocens,

⁵ Iob. 9. c dixerit: ⁵ Verebar omnia opera mea sciens, quia non parceres delinquenti. Et Apostolus

⁶ Heb. 10. f Paulus, ⁶ Horrendum est incidere in manus Dei viuentis: ⁷ Quod si nos ipsos diiudicar-

⁷ 1. Cor. 11. g remus, ut idem admonet, non utique iudicare mur. ⁸ Beatus igitur homo, qui semper est pauidus: qui vero mentis est duræ, corruet in malum.

An ne satis est à peccatis abstinere?

IVSTITIA quidem Christiana, de qua hucusque di-
ximus, duas partes proponit, & velut æquè ne-
cessarias nobis commēdat hisce verbis:¹ DECLI mon.

NA A MALO, ET FAC BONVM. Si= Chry.in Ps.4
cuit & Paulus docet:² ODIENTES MALVM,
ET ADHAERENTES BONO. Non suffi-
cit igitur, quod Augustinus perspicue dixit, absti-
nere à malo, nisi fiat quod bonum est: et parum est
nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.

Quapropter absoluta vtcunque Iustitiae prio-
re parte, quæ mala prohibet, consequens est, ut fa-
uente Christo de altera porrò, quæ in bonis conse-
tandis est posita, dicere pergamus.

DE TRIPLOCI GENERE BONORVM OPERVM.

I.

Iustitia Christiana circa quæ bona
versatur?

HÆC iustitia tam latè patet, ut omnia bona,
quæ honestè, iuste ac piè fiunt, in se cōtineat Chry.in Ps.4,
nobisq; expetenda & conseftanda proponat. Vn. & 14. & ho-
de ita fideles Apostolus commonefacit:¹ Ambule mi.23.in Ge
tis dignè Deo, per omnia placentes, in omni
opere bono fructificantibus:² prouidentes bo: Colos.1.b
na: z.Cor.8.d

Bern.ser. 34.

61 pāuis ser-

cessarias nobis commēdat hisce verbis:¹ DECLI mon.

NA A MALO, ET FAC BONVM. Si= Chry.in Ps.4

cuit & Paulus docet:² ODIENTES MALVM,
tempore.ET ADHAERENTES BONO. Non suffi-
cit 1 Psal. 36. ecit igitur, quod Augustinus perspicue dixit, absti-
&.33.c.& ibinere à malo, nisi fiat quod bonum est: et parum est
dē Aug.
nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.

2 Rom.12.c

Quapropter In sentētijs
absoluta vtcunque Iustitiae prio- Prosper.c.86

re parte, quæ mala prohibet, consequens est, ut fa-

uente Christo de altera porrò, quæ in bonis conse-

tandis est posita, dicere pergamus.

na non tantum coram Deo , sed etiam corā omnibus hominibus. Hic enim nostrāe vocatio nis, & Christianāe iustitiae per Christum partē.

3. 1. Pet. 2. d *rus est usus ac fructus proprius . Petro teste,* ³ *vt peccatis mortui iustitiae viuamus, hoc est quē*

4. Tim. 2. d *admodum à Paulo explicatum est, ⁴ Ut abnegā-*

tes impietatem, & secularia desideria, sobriè,
& iuste, & piè viuamus in hoc seculo. In eun-

dem sensum nobis proponitur Euāgelicum illud:

5. Luc. 1. g *5 Ut sine timore , de manu inimicorum no-*

strorum liberati, seruiamus illi in sanctitate

& iustitia coram ipso omnibus diebus no-

stris. Nam idcirco redemit nos Christus ⁶ ab om-

ni iniquitate, vt mundaret sibi populum ac-

ceptabilem , sectatorem bonorum operum.

7 Ephes. 2. b *7 Ipsius enim Dei sum⁹ factura creati in Chri-*

sto Iesu, in operibus bonis , quæ præparauit

Deus, vt in illis ambulemus.

Ita constanter Paulus scribit , omnesq; admo-

net de obseruanda & colēda semper Iustitia Chri-

stiana. Proinde Ioannes etiam prudenter admo-

net, ac absolute definit, ita scribens: ¹ Filioli, ne-

mo vos seducat . Qui facit iustitiam, iustus

est, sicut & ille iustus est: qui facit peccatum

ex Diabolo est. Et Iacobus cōstanter docet, ² Ex

operibus iustificatur homo , & non ex fide

tantum. Sicut enim corpus sine spiritu mor-

tuum est: ita & fides sine operibus mortua

est:

est: *Tum idem rursus:*³ Qui perspexerit in lēge perfectæ libertatis (sive in lēge perfectam quæ est libertatis) & permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Nec aliud sanè voluit Paulus, cùm in hunc modum diceret:⁴ Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

II.

Quem fructum pariunt Opera iustitiæ Christianæ?

P R A E C L A R V M sanè atque multiplicem, cùm in hac, tum in futura vita. Huc enim spectat Pauli sententia, PIETAS ad omnia utilis est promissionem habens vitæ quo nunc est & futuræ. Tum alibi scriptum legimus, Bonorum laborum gloriofus est fructus.

Primum enim hæc opera ex viua fide, id est, per charitatem² operante profecta, non modo signa sunt Christianæ vocationis, sed eandem nobis quoque confirmat certamq; faciunt. Quamobrem Petrus Apostolus, qui ad opera bona nusquam non cohortatur, hoc etiam adiecit:³ Fratres, magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando,

I.
Galat. 5. a

2. Pet. 1. b

Secundo

II. Secundo gratiam crēdētibus augent, atq̄ue
4 2.Cor 7.b 4 sanctificationem perficiunt, Apostolo teste:
5 Iacob.2.d ut hinc etiam Iacobus affirmet, quod Fides que
 operibus cooperatur, ex ijsdem quoque consum-
 metur.

III. Tertiō fiduciam bonae conscientiae pariunt, ma-
 gisq; ad orandum & quid libet à D E O impetrant
6 Tobię.4.b dum animant. Scriptum est enim:⁶ Fiducia ma-
 gna erit coram summo Deo eleemosyna om-
7 1.Ioł.3.d nibus facientibus eam. Et rursus, ⁷ Charissi-
 mi si cor nostrum non reprehenderit nos, fi-
 duciam habemus ad Deum: & quicquid pe-
 tierimus, accipiemus ab eo, quoniam man-
 data eius custodimus, & ea quae sunt placita
 coram eo facimus. Exemplum extat in Ezechia
 Rege, qui bona conscientia fatus, ac Dei voce in:
8 Esai.38.a hoc ipso comprobatus dixit:¹ Obscero Domine
 memento quæso, quomodo ambulauerim
 coram te in veritate & in corde perfecto, &
 quod bonum est in oculis tuis fecerim.

III. Demū id efficiunt, ut laborātes in vinea² Chrl-
 & Gre in ho-
 mili. 19. in sti, denarium diurnum accipiamus, hoc est promis-
 Euang. sam æternæ vitæ mercedē, iustitieq; corona, qui
3 2.Tim.4.b in Ecclesia ⁴ Dei mandata seruantes, in Christo
4 Matt.19.c promeremur. Ait igitur Dominus, ⁵ Voca opera-
5 Matt.20.a rios, & redde illis mercedem, Ait David, ⁶ Ser-
6 Psal.18.c uus tuus custodit ea, Diuina scilicet præcepta,
 in custodiendis illis retributio multa. Ac ite-

terum, Inclinaui cor meum ad faciendas iu-
stificationes tuas in æternum propter retri-
butionem. Ait & Paulus: 7 Bonum certamen 7 2. Tim. 4.
certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: b.
in reliquo reposita est mihi corona iustitiae,
quam reddet mihi Dñs in illa die iustus iu-
dex:nō solum autem mihi, sed & ijs, qui dili-
gunt aduentum eius. Ait deniq; et ipse Christus:
¹ Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Et iterū: i Matt. 19. €
² Procedent qui bona fecerūt, in resurrectio 2 Ioan. 5. c
nem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurre-
ctio nem iudicij. Tum alibi: ³ Qui facit volun- 3 Matth. 7. €
tatem patris mei qui in cælis est, ipse intra-
bit in regnum cælorum.

Ex quibus fit perspicuum, quanti nostra omnium
referat, si vitam æternam cupimus, diuinæ obser-
uare voces: ⁴ Qui iustus est, iustificetur ad- 4 Apoc. 22.6
huc: & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce ve-
nio citò, & merces mea mecum est, reddere
vnicuiq; secundum opera sua. ⁵ Bonum igi- 5 Gal. 6.6
tur facientes non deficiamus: tempore enim
suo metemus non deficientes.

III.

Quot sunt genera bonorum operum, in qui-
bus iustitia Christiana præcipue cernitur
& exercetur?

EIusmodi sunt triplicia, sicut sacris è literis Petrus Chry-
accipimus, videlicet, Oratio, Ieiuniū, & Eleæ sol. ser. 43.

DE BONIS OPERIBVS.

1. Tob. 11. b mosyna. Nam reliqua ferè benefacta, quæ ex fide
viua proficiscuntur, & iustitiam Christianam com-
mendant, augent atque consummat, ad hosce tres
fontes facile referuntur. Hinc illa præclara vox
2. In Psal. 42. Tob. 11. b Angeli Raphaëlis,¹ Bona est oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna magis quam thesauros
auri recondere. Augustinus verò dilucidè di-
xit: Hæc iustitia hominis in hac vita, Ieiuniū, Ele-
mosyna, Oratio.
3. Matt. 6. 2 De quibus Christus² apud Matthæum sigilla-
tim docet, additq; promissiones de parata cælesti
mercede ijs, qui in Ecclesia citra hypocrisin since-
rè ieiunant, orant ac eleemosynam tribuunt: Hinc
3. Ibidem, a fidelis illa sp̄ōsio toties repetita: ³ Pater tuus qui
&c. videt in abscondito, reddet tibi. Et hæc ipsa
sunt, in quibus Christus, ut bene beateq; viuamus,
4. Matt. 5. c abundare⁴ vult nostram iustitiam, & ita lucere
5. Ibidem. b coram hominibus, ut videat opera nostra bona,
& glorificant Patrem. Ad hæc præstanta in Chri-
6. Ephes. 2. sto creati,⁶ & destinati sumus, quæ nimurum præ-
b.
7. Matt. 13. f parauit Deus, ut in illis ambulemus. Propter hæc
10. d. &c. 25. d è charitate præstata, iusti in regnum adsciscuntur
- Ioann. 5. e æternum: ob eadem verò neglecta, iniusti in gehé-
2. Corin. 5. b nam ignis præcipitabuntur.
- Vt verò, ⁸ Pharisaicum ac vanum est, cum alio
8. Luce. 18. 2 rum contemptu scipsum iustificare, & suis ope-
9. Ro. 10. 2 ribus fidere: ita Christianum est atque legitimum,
hominem cum sui submissione operibus bonis ope-

ram sedulam dare, & si quando gloriari velit, in
² Domino gloriari, ut qui operatur in nobis velle
 & perficere, Apostolo teste.

<sup>a. 2. Cor. 10.
d. Philipp. 2. b</sup>

III.

Quid est Ieiunium?

NON simplex huius nominis est acceptio. Magnum & generale Ieiunium³ Augustinus vocat, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi. Deinde Philosophicum, ut quidā vocant, Ieiunium, est parsimonia illa cibi ac potus moralisq; sobrietas, qua temperatè etiam ab Ethnici secundum rectam rationem vivitur, Tertiò Ecclesiasticum⁴ est Ieiunium, ut potè cum iuxta certum Ecclesiæ morēm atque præscriptum, certis diebus & carnium esum nobis subtrahimus, et unica duntaxat refectione contenti sumus. Cuiuscemodi Ieiunium piè & Christianè⁵ suscipitur ad cultum diuinum religiosius exhibendum, ad car-nem edomandam spirituiq; subijciendam, ad fructus pœnitentiae dignos præstandos, ad obedientiam exercēdam, ac demum ad quamlibet Dei gratiam consequendam.

V.

Quid verò his respondēdum est, qui legem Ecclesiastici Ieiunij conuellunt atq; contemnunt.

N^o 2 Primum
 nlo. Ambro. in libr. de Hella & iejun. & episto. 82.

<sup>3. Au. tract.
17. in Ioann.
& libr. 2. q.
euang. c. 18.
4. Isidor. li.
1. de eccles.
offi. ca. 36. &c
sequentibus.
Raban. d. in
stit. cler. lib.
2. ca. 17. & se
quentibus.
Iuo part. 4.
ca. 25. & se
quentibus.
Burchard. li
bro. 13.</sup>

<sup>5. Cypria. d
ieiunio & te
tationibus.
Christi.
Chrysos. ho
mil. 1. &. 2.
in Genes. &
ser. de ieju
nio.</sup>

<sup>Basil. orat. 1.
& 1. de ieju
nio.</sup>

1. 1. Tim. 4.2 Primū admonendi sunt isti, ne falso Catholi-
 Colos. 2. c. d cis affingant quod Apostolus¹ detestatur, &
 Canō Apost. Ecclesia semper damnauit in Iudeis, Manicheis
 50. & .52. Cō cil. Gangrē. & Priscillianistis: quod videlicet aut secundum
 can. 2. legem Mosaicam, aut ex superstitione à cibis qui-
 1. Tolet. i af busdam abstineant. Catholici enim, sicut Augusti
 ftertione fi- nus Fausto Manichæo² respondet, quod à carni-
 dei. i. bus abstinent, edomādi corporis causa id faciunt,
 Brac̄car. ca- propter animā ab irrationalibus motibus amplius
 non. 14. humiliandam, non quod carnes esse immundas cre-
 2. Lib. 30. cō tra Faust. c. 5 dant. Nec solum à carnibus, verum à quibusdam
 Item Theodo- etiam terræ fructibus abstinent, vel semper sicuti
 doret³ in e- pitome diui pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicuti
 norū decret. per quadragesimam fermè omnes. Sic Augustinus:
 ca. de absti- atque ante illum idipsum etiam docet Epiphanius:
 nent. ubi confutat Aërianam hæresim, ³ quæ stata Eccle-
 Bernar. Ser. siæ Ieiunia quique libera esse vult, atque ad ea ne
 66. in cäatica. minem obligari.
 3. Hæresi. 75 & Au. hære. Quod autem in publicis ⁴ ieiunijs, sicut & in
 53. precationibus & ferijs, ratio temporis obserua-
 4. Hiero. in tur, id ordinem & concordiam publicam in Eccle-
 epist. ad Ga- sia confirmat, illustrat ac promouet. Deinde priu-
 lat. cap. 4. ta ieiunia nō ita multi quidem imponeret sibi, vt=
 Leo ser. 3. & 4. de ieiunio pote naturali carnis amore ventrisq; studio ad su-
 7. mensis. scipienda ea impediti.
 Basili. orat. 2. Iam quod magni momenti, & certi meriti sit,
 de ieiunio. eiusmodi ieiunia reuerenter amplecti seduloque
 1. Libr. 2. obseruare, tam aperte probat Hieronymus¹ cōtra

Iouinianum, hac de re amplius ut à nullo posse dñe & An. epist. bitari. Quibus addenda sunt, quæ supra docuimus 118. ad Iam. de preceptis Ecclesiæ obseruandis, idq; ad scandala ar. cap. 2. lumen² euitandum, et ob disciplinam publicam retinendam, neque modo propter iram, sed etiam propter conscientiam, ut Apostolus³ dixit.

Constat autem, sicut omnium ætatum scriptores comprobant, Ecclesiæ disciplinam, consuetudinem, traditionem, sanctionem hanc & esse constantem, & inde ab initio fuisse, ut diebus⁴ quibusdam, præsertim⁵ Quadragesimæ, Ieiunium hoc Ecclesiasticum obseruaretur. Ita docent Canones⁶ Apostolorum & Sacrosanctæ⁷ Synodi: Gangrensis⁸ quidem Anathemate eos ferit, qui communionia totius Ecclesiæ Ieiunia contemnunt: Tolestanus⁹ vero communione eos priuari iubet, qui sine ineuitabili necessitate & euidenti languore carnis in Quadragesima vescuntur,

Et singularis Patrum est ardor in commendando, urgendo & exigendo¹ Ieiunio, præsertim

N³ Quid= Phil.

Epiph. in compendiar. doct. Teophil. Alex. lib. 3 paschal. Maxim. in ser. de Quadr. Item Ambr. Aug. & Leo, de eadem. Cyril lib. 10. in Leuit. Isido. de off. c. 36. Au. epist. 119. c. 15. 6 Canon. 68. 7 Laod. can. 50. 2. Braccar. can. 9. Tribur. can. 35. Agath. can. 12. 8 Can. 19. Item Mogunt. can. 35. 9 8. Tolet. can. 9. Vide Teleph. in epist. ad vniuersos. Theophil. Alex. lib. 3. paschal. Aug. ser. 64. de tēp. Niceph. li. 17. ca. 32. Chrys. hom. 6. ad pop. Itē. 1. & 2. in Genes. 1 Basil. orat. 2. de Ieiunio. Aug. ser. 62. de temp. Ambro. serm. 23. 25. 34. 36. & 37.

DE IEIVNIO

2 Hiero. ad Marcellā cōtra errores Mont. Epiph. hære xant, & carnis licentiae, non libertati Euangelica
 si. 75. patrocinantur. Hie carnem³ cum vitijs & concus-
 3 Galat. 5. d pistentijs nolunt crucifigi, ac proinde quæ sunt
 1. Corint. 2. d spiritus, non sapiunt; sed spiritum potius⁴ extin-
 4 1. Thes. 5. guunt, aduersus doctrinam Apostolicam. Deinde
 C. Ambr. ser. 36 palam obſistunt Ecclesiæ matri, immò etiam⁵ Chri-
 Max. ser. in ſto in Ecclesia ſponsa loquenti atq; præcipienti,
 litanijs. unde ſibi certam dānationem acquirunt, quando
 5 Luç. 10. c ſanctum & ſalutiferū, et ab Ecclesia nobis uſque
 Rom. 13. 2. commendatum ieiuniorum iñtitutum abrogant
 Act. 15. e repudiāntue.

VI.

Quid de Ieiunio ſacra Scriptura tradit?

6 Ioél. 2. c D iuina vox est, quæ per Ioélē ad peccato-
 res clamat: ⁶ Conuertimini ad me in to-
 7 Ibidem. d to corde veftro, in ieiunio, fletu, & planctu.
 Nec multò pōst: ⁷ Canite tuba in Sion, inquit,
 1 In Ioélē. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, con-
 2 Ibidē, & lib. 2. contra gregate populum, vel ſicut alij legunt, Sanctifi-
 Iouinia. cate ieiunium, prædicare curationem. Ut hinc di-
 3 Dauid. 9. f scamus, Ieiunium ſanctificari cæteris bonis operi-
 Ioan. 3. d bus, & ſanctificatum curationi proficere pecca-
 3. Regi. 19. b torū, ut Hieronymus¹ interpretatur. Nam ut idē
 Exod. 24. d ² è ſacris literis colligit, per ieiunia Daniel³ vir
 Deut. 9. b deſideriorum futura cognouit: & Niniuitæ iram
 Mat. & Luç. 4. 2 placau=

placauerūt Dei: & Elias ac Moyses quadraginta dierum esurie, Dei familiaritate saturati sunt: & ipse Dominus totidem diebus in solitudine ieiunaz uit, ut nobis solēnes ieiuniorum dies relinquaret: & acriora dæmonia docuit: 4 nō nisi oratione & 4 Matt.17.6 ieiunijs posse superari: & Apostolus frequenter ipse ieiunasse dicit, & in psalmis poenitens loquitur: ⁵ 2. Cor. 6.
^{b.} & II. f
⁶ Psal.191. b
⁷ Psal.34. b
⁸ Matt.9. b
⁹ Lucæ.5. g
⁹ Acto.13.2
¹⁰ 2. Cor.6.2
¹¹ Galat.5. d
¹² Damas. li. 3.
¹³ orthod. fidei
¹⁴ cap.24.
¹⁵ Aug.li.2. de
¹⁶ ser. Dñi in
¹⁷ monte.ca.7.
¹⁸ & ser.230. d
¹⁹ tempore.
²⁰ Basil.in Iulit
²¹ tā martyre.
²² Chry.homi
²³ N 4 sed 30. in Gene

Et, ⁷ Cūm mihi molesti essent, induebar ciliatio, humiliabam in ieiunio animam meam. Demum quid eo manifestius, quam quod Christus affirmat ⁸ fore, ut cum ipse sponsus discipulis suis maximè dilectus ablatus sit, tunc illos licet Spiritu ⁹ sancto plenos, ieiunaturos esse? Itaq; Paulus fideles omnes hortatur, Exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, in multa patiētia, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate. ¹ Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerūt cum vitijs & concupiscentijs.

VII.

Quid est oratio?

EST pius nostra mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter, quæcumque sunt nobis, aut alijs salutaria: quo diuinam quoque gratiā & virtutem celebramus, aut qualicunque ratione coram summa & æterna illa Majestate nos deuotos testamur. Ut huc spectet nō solum precatio;

sed etiam adoratio, oblatio seu sacrificium, inuocatio, laudatio, gratiarum actio.

Modum autem precandi & formulam singula-

² Matt. 6. b rem Christus² prescripsit, sicuti suprà declarauimus: Et nullum est sane opus magis in scriptura commendatum, nullum pijs sanctisq; hominibus familiarius: nullum quod à pluribus ex saepius, & diligenter magisq; necessario in hac vita sit exerci-

³ Eccle. 35. d cendum, atque praecatio. Verè dictum illud, ³ Ora-

⁴ Luc. 18. a ⁴Oportet semper orare, ardenti scilicet cordis affectu ex circa hypocrisim, & absque laudis humanae respectu, hoc est, in spiritu & veritate.

Interim orantes externum corporis gestum & habitum ritusque nonnullos adhibent saepe. Et rectè quidem, ut exempla Scripturæ common-

¹ Ioan. 17. a strant. Nam ex Christus Dominus nunc¹ subleua-

² Matt. 27. e tis in cælum oculis, ²nunc elata voce, nunc in ter-

³ Matt. 26. d ram ³ prostratus patrem orauit. Tum ⁴ Danielis

⁴ Dani. 9. a ac Niniuitarum praecatio⁵, quia non sine ieunijs,

⁵ Ioā. 3. c. d sacco & cinere instituta fuit, magis commenda-

⁶ Luc. 18. c tur. Nec frustra de Publicano ⁶ dictum est, quod

humili facie, depresso oculis, pectorisq; tonsione suam in templo precationem instruxit. Quæ qui-
dem licet externa videantur, & ab impijs etiam fieri ac ostentari queant, tamen hactenus laudem illa merentur, quatenus & pie corpus exercent, rediguntque in obsequium creatoris, & ani-

mum

num excitant, fulciunt ac promouent in cultu interiore. Præterea sunt hæc testimonia quædam fidei humilitatis atque pietatis non negligenda, ut quæ non solum spectanti proximo, sed etiæ Ecclesiæ adferunt ædificationem.

Isido. d sum
mo bono. li.

3. ca. 7.

Au. ser. 226.

de temp.

Chry li. 1 &
2. de orādo

Deum, & ho

mi. 5. d incō

prehēs. Dei

natura. Item

hom. 75. ad

popul.

1. Matt. 26. d

Lucæ. 18. a

Rom. 12. c

1. Thess. 5. c

1. Tim. 5. a

Iacob. 5. d

2. Marc. 11. c

3. Luc. 11. b

Matt. 7. b

4. Matt. 7. b

Luc. 11. c

VIII.

Cur in orando seduli & assidui esse debemus?

Primùm ob maximas & infinitas eorum, qui ritè precantur utilitates. Deinde quòd oratio proprium et necessarium sit fidei exercitium. Habet præterea præceptum in diuinis¹ literis pañim, neque modò frequentem, sed etiam eximiam plenamq; consolationis & suavitatis promissionem.
2 Dico vobis, inquit, ipsa veritas Christus: Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniēt vobis. Et rursum: **3** Ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærите, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Atque iterum: **4** Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petētibus se? Talibus quidem dictis, ut recte colligit Chrysostomus, **5** ac talib[us] q[ui] lib. 1. de lisspe prouocauit nos ad orandum uniuersorum orando Deum. Dominus. Nos vero decet obtemperātes Deo sem.

DE ORATIONE

per omnem vitam in laudibus Dei, precibusq; trāfigere, maiore studio curam agētes diuini cultus, quām vitæ nostræ. Sic enim contigerit semper vivere vitam homine dignam. Hæc ille.

IX.

Quibus exemplis vim Orationis & fructum colligemus?

1 Iacob. 5.d
3 Reg. 17.a.
18.g

2 Exo. 17.c d
1 Reg. 7. c.d
3 Hie. 32.c d
Daniel. 6.c
Daniel. 3.c
4 Luc. 23.f
Daniel. 13. c
5 Acto. 7.g
Hier. contra
Vigilant.

Iacobus Apostolus, ut orationis virtutem explicaret exemplo, ita scripsit:¹ Elias homo erat similis nobis, passibilis: & oratione, oravit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Pluribus exemplis Augustinus rem eandem comprobat: Orante² Mose & Samuele vincuntur à Iudeis hostes Amalechitæ atque Philistæ. Orans Hieremias³ confortatur in carcere. Orans Daniel inter Leones exultat. Orantes tres pueri in fornace tripudiant. Orans⁴ de cruce Latro inuenit paradisum. Susanna per orationem inter senes falso accusantes defenditur.⁵ Stephanus orans in cælum suscipitur, & inter lapidates pro Saulo exauditur.

Quibus exemplis non modò fructus Orationis ostenditur, sed etiam precandi studium ac sedulitas nobis commendatur. Quare Scriptura quoque apostolica cohortatur:⁶ Sine intermissione orate, te, in omnibus gratias agite. Et rursus:¹ Ora

te pro inuicem ut saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Item, Hæc est fiducia quam habemus ad Deū, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Præterea: ^{1. Ioan. 5. e} qui scit fratrem ^{2. 1. Ioā. 1. d} suum peccare peccatum non ad mortem, peccat, & dabitur ei vita.

DE ELEEMOSYNA ET OPERIBVS MISERI- CORDIAE.

x.

Quid est Eleemosyna?

EST beneficium seu munus, quo alterius misericordie affectus sub hom. 13. in. 2. uenitur. Quò spectat id, quod apud Tobiam Ra- ^{Vide Chrys.} Cori. & ser. phael Angelus testatur: ³ Bona est Oratio cum 30. de verb. Ieiunio & Eleemosyna: ut intelligamus, sicut ^{Domini} Cyprianus ^{3. Tob. 12. b} admonet, orationes nostras ac Ieiuni- ^{4. Ser. 1. de} nia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur. Bo- ^{Boeleemosyna} eleemosyna misericordia, inquit, ⁵ Ambrosius, quæ & ipsa ^{5. Li. 1. Offi} perfectos facit, quia imitatur perfectum Pa- ^{ciorū. c. ii} trem. Nihil tam commendat Christianam ani- ^{1. Luc. 6. f} mam, quam misericordia, sic ille: ¹ Estote ergo misericordes, sicut & pater vester mi- ^{1. Luc. 6. f} sericors est, ut sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bo- nos

nos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ita Christus Saluator et Samaritanus noster,

² Luc. 10. f ¹ omni gratia & misericordia plenus, qui³ per trā

³ Act. 10. f sūt bene faciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo.

IX.

Quo pacto Scriptura nobis commen-
dat Eleemosynam?

⁴ Ser. 1. de eleemosyna **M**ultis quidem & apertis præceptis, promis-

Vide etiam Au. ser. 227. **sionibus & exemplis. Quin Cyprianus** do-

de temp. **cet in Euangelio, nihil præcipi frequentius, quam**

Item homi. **ut insistamus eleemosynis dandis: nec terrenis pos-**

29. & 47. ex **tius recordamur. Hinc illæ Christi sententiæ: 5 Quod**

⁵⁰ Amb. ser. 30. **superest, date eleemosynam: & ecce omnia**

& 31 **munda sunt vobis. 6 Vendite quæ posside-**

Chrys hom. **tis, & date eleemosynam. Facite vobis saccu-**

32. ad pop. **los, qui non veterascunt, thesaurum non de-**

& sequent. **ficien tem in cælis. Atque alibi: 7 Facite vobis**

⁵ Luc. 11. f **amicos de Mammona iniquitatis, ut cum de**

⁶ Luc. 12. d **feceritis, recipiant vos in æterna tabernacu-**

⁷ Luc. 16. c **la. Breuiter, 1 Date, & dabitur vobis. Proinde**

¹ Lucæ. 6. f **Dani. 4. c Daniel Propheta impio Regi consulit: 2 Peccata**

Chrys. hom. **tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas**

²⁶. in Matt. **misericordijs pauperū. Tum alibi legitur: 3 Ig-**

³ Eccl. 3. d **nem ardente extinguit aqua, & eleemosy- na reficit peccatis. Neque hominis verò, sed An-**

geli vox ea fuit: 4 Fleemosyna à morte liberat,
& ipsa

& ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire re misericordiam & vitam æternam. **Quin et**
CHRISTVS ipse pronunciat: ⁵ Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli. amen dico vobis, nō perdet mercedem suā. **6 Beati igitur, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. E contrario au-** ⁶ **Matt. 5. a**
tem, ut Iacobus affirmit. ⁷ **Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.** ⁷ **Iacob. 2. b**

XII.

Quibus exemplis Eleemosynæ virtus & fructus declaratur?

IN sacris quidē literiss Abraham & Loth pro ⁸ **Genes. 18.** pter hospitalitatem & DEO placuisse, & An ^a **19. a** gelos hospitio excepisse dicuntur. **Tobia & Cen-** ⁱ **Heb. 13. a** turionis eleemosynæ tantum valuerunt, vt in memoriam ascenderint in conspectu Dei & non solum testēs, sed etiam collaudatores habuerint sanctos Angelos. **Zachæus** ² Christi verbis permotus, ² **Luc. 19. a** & ex Principe Publicanorum speculum misericordiæ factus, dimidium bonorū dat pauperibus, & mox Abraham filius à Christo ipso pronuntiatur. **Tabitha,** ³ ut plena operibus bonis & eleemosynis, quas viduis præsertim faciebat, à Luca celebratur. Sic piæ matronæ laudem habent in Evangelio ⁴ singularem, quæ cum Magdalena & Mar- ⁴ **Luc. 8. a** tha Christo Domino eiusq; pauperibus discipulis liberaliter

DE ELEEMOSYNA

liberaliter de suis facultatibus inseruiehant. Et de Laurentio Leuita & martyre iustissimè canitur,
 § Psal. iii. b
 Am. li. 2. off.
 ca. 28
 § Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius
 manet in seculum seculi.

XIII.

Quid est Misericordia?

ES T, sicut⁶ Augustinus affirmat, alienæ misericordiae quædam in nostro corde compasio, qua utique si possumus, subuenire compellimur. Quod misericordiae nomen pro eleemosyna dici & accipi persæpe solet. Omnis autem misericordia, teste diuina Scriptura, faciet locū uniuscuique secundum meritum operum suorum. Hanc sæpè & mirifice commendat¹ Chrysostomus, nec dubitat alicubi dicere: ² Misericordia est salutis præsidium, fidei ornamētum, propitiatio peccatorum: hæc est quæ iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostendat. Quin etiam, si Ambrosius³ credimus, omnis summa disciplinæ Christiæ in misericordia & pietate est.

XIV.

Sunt ne unius generis misericordiae opera?

DVPLICIS ea generis esse⁴ inueniuntur: cùm alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidem dicta, quoniam ad corporalem miseriā proximi subleuandam exercentur: Spiritualia vero, quodd in his saluti proximi spirituali bene consolimur.

¶ Au. li. 1. &
 morib. eccl.
 Cathol. c. 27
 & in enchir.
 c. 72.

fulimus atque operam damus. Huius multiplicis misericordiae clarum præbet exemplum Iob benignissimus, qui de seipso testatur: ⁵ Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.⁶ Oculus fui cœ gor. & ibidem Gre co, & pes claudio: pater eram pauperum &⁶ Iob. 29. c causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Cōterebam molas iniqui, & de dentibus illius aufererebam prædam. Item,¹ Fo. 1 Iob. 31. d ris nō mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

X V .

Quot sunt opera misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia?

Septem in utroque genere numerantur. Ac primū quidem corporalia hæc sunt. Esuriētes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos iniurere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos ² sepelire.

Spiritualia³ verò hæc: Peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consolere, pro salute proximi Deum orare, consolari mæstos, ferre patienter iniurias, offendam⁴ remittere. Quæ humanæ pietatis officia, hominibus præsertim Christianis, nec barbaris planè, tam aperta sunt, ut longa tractatione neutiquam egeant.

X VI .

Quomodo isthæc Scripturis ostenduntur?

Pulchrè Chrys. hom. 36. ad pop.

Vide Am.li. 1. off.c. 30. &c li. 2. c. 21

Itē.li. 3. ca. 6 2 Au.li. 5. d ciuii.dei.c. 13

3 Au. in en chir.c. 72. &c de moribus eccl.cath. c. 28.ser.203. d temp.

4 Au. hom. 40. ex homi lijs. 50. et ser.203. de cō pore.

DE OPERIBVS

Pvlchrè quidem ac paſſim : ſicut in primis illa
Eſaiæ verba, aut potius Dei præcepta cōmon-
ſtrant, ¹ Frange, inquit, eſurienti panem tuū,
Eſai. 58.b egenos vagosq; induc in domum tuā . Cūm
videris nudum, operi eum , & carnem tuam
ne despexeris. Quorum officiorum ingens quo-
Ibidem.c que fructus ibidem ſubijcitur: ¹ Tunc anteibit
faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini
colligit te. Et Ioannes, qui in charitate & miseri-
cordia fraternalia nobis commendata totus eſt, inter-
1. Ioa. 3.c cætera docet: ² Qui habuerit ſubtantiam hu-
ius mundi , & viderit fratrem ſuum necelle
habere, & clauerit viſcera ſua ab eo, quomo-
do charitas Dei manet in eo? Neque contentus
Ibidē.e.d hoc dicto, præclarè concludit: ³ Filioli mei, non
diligamus verbo, nec lingua, ſed opere & ve-
ritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex ve-
ritate ſumus.

Hæc ſunt fideliū verèque iuſtorū opera, que
4 Matt. 25.d in ⁴ extremo illo iudicio Christus agnoscet & pa-
Luc. 14.c līm approbabilit: propter que regnum promiſſum
Au. feb. 50 d tempore decernet, iuſtitiaeq; coronam reddet misericordi-
bus, quos & ipſe iuſtos prædicat. Que quidē ope-
part. 3. ratantò plus veræ laudis & eternique præmij por-
admo. 21 rigunt, quanto fiunt ab animo Christiano ſynce-
rius, alacrius, liberalius, nimirum ut in illis huma-
næ vanitati atque cupiditati quam minimum loci
relinquatur, ea verò ad Dei gloriam proximiq;
cui

enī seruiunt commodum propriè referātur. Hinc
illæ scripturæ voces obseruandæ: ¹ Qui tribuit, ¹ Ro.12.b
in simplicitate: qui miseretur, in hilaritate.
² Noli auertere faciem ab ullo paupere. Quo ² Tob.4. b
modo potueris, ita esto misericors. ³ Hilarē ³ 2.Cor.9. b
datorē diligit Deus. ⁴ In omni dato hilarem ⁴ Eccle. 35.
fac vultum tuum. ⁵ Iucundus homo, qui mi ⁵ Psal. III. a
seretur & commodat. Certè Christus apud Lu= ⁶ Luc. 10. f
cam ⁶ talem depingit Samaritanum, qui non sō= lūm Christianis sed etiam Ethnicis præclarum
exēplum præbeat summae humanitatis perfectæq;
misericordiæ ignotis etiam & immerentibus ul= tro præstandæ⁷ Qui verò parcè seminat, parce ⁷ 2.Cor.9.b
& metet, Apostolo teste. Satis autem hactenus de corporalibus præcipue operibus misericordiæ.

X V I I.

De spiritualibus quid porrò Scripturā testatur?

Debemus, ⁸ inquit, nos firmiores imbe= ⁸ Rom.15.2
cillitatē infirmorum sustinere, & nō nobis placere. Vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonū ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit. Ac rursus: ¹ Estote inuicem benigni, misericordes, do= ¹ Ephe.4.g
nantes inuicem, sicut & Deus in Christo do nauit vobis. Item, ² Estote ergo imitatores ² Ephes.5.2
Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Præ=

O tereas,

3 Colos.3.b terea, **3** Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportates inuicem, & donantes vobis metipis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Dominus donauit vobis: ita & vos. Iterum

4 1.Tes.5.2 verò: **4** Corripite inquietos, consolamini pusilli animos, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

Hæc aliaq; id genus permulta pañim inculcat

5 1 Cor.9.d Paulus: qui, ut **5** omnes faceret saluos, omniibus

6 1 Corint. omnia factus est: ut hinc ipse testetur: **6** Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Et iterum: **7** Tristitia

7 Ro.9.2 mihi magna est, & continuus dolor cordi

1 Rom.9.2 meo. **1** Optabam enim ego ipse anathema esse

2 2. Cor. 12. à Christo pro fratribus meis. Tum alibi **2** Ego

libentissime impendam, & superimpendar pro animabus vestris abundantius, licet plus vos diligens minus diligar.

XVIII.

Quæ summa est doctrinæ omnis de misericordiae operibus præstandis?

3 Galat.6.2 **A** Postolus rem omnem hoc quasi unico verbo complexus est, **3** Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, puta

4 Ro.13.c legem charitatis. De qua lege rursus idem: **4** Si quod est mandatum, in hoc verbo instauratur:

tur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
 Et Petrus Apostolus, ¹ Ante omnia, inquit, mu-⁵ i.Pet.4. b
 tuam in vobisipsis charitatem continuam
 habētes: quia charitas operit multitudinem
 peccatorum. Quod charitatis misericordiaeque
 præstandæ præceptum ac officium, ut est naturæ
 ac rationi maximè consentaneum: sic ad omnes
 etiam se porrigit, ut hinc scriptum legamus,
⁶ Vnicuique mandauit Deus de proximo ⁶ Eccl.17. b
 suo. Ita verò mandauit, veluti Christus interpre-
 tatur, ¹ Omnia quæcunq; vultis ut faciat vo-¹ Matt.7. b
 bis homines, ita & vos facite illis. Hæc est
 enim Lex & Prophetæ. ^{Lucæ.6. a}

DE VIRTUTIBVS CAR-
DINALIBVS.

I.

Quid sibi vult nomen & ratio Cardi-
 naliū virtutum?

Cardinales quædam virtutes idcirco dicuntur,
 quod sint tanquam aliarum fontes & cardi-
 nes, & quæadmodum ostium in cardine, sic omnis
 honestæ vitæ ratio in illis versetur, ac boni ope-
 ris vniuersa structura eisdem inniti. quod ammo-
 do videatur. Eiusmodi verò quatuor numeran-
 tur: Prudentia, Iustitia, Temperantia & fortitu-
 do: de quibus ita scriptum extat: ² Sobrietatem ² Sap.8. a
 & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem:

O 2 quibus

Prosper d vi
 ta cōtempl:
 lib.3. c.18. &
 Amb.li.1.of
 fi.cap 24. &
 sequent.

DE VIRTUTIBVS

quib⁹ utilius nihil est in vita hominibus. vbi

³ Aug. lib. i per sobrietatem ³ temperantia, per virtutem for
Retract. c. 7. titudo haud obscure designatur, omnesq; illæ no-
bis ita commendantur, ut ab æterna Sapientia, qui
Deus est, eas proprie conferri, & ingenti cum fru-
ctu humane salutis accipi atque exerceri, certo
intelligamus. Quæ virtutes etiam officiales dictæ
¹ Lib. i. off. sunt, quoniam ab ijs, vt Ambrosius ¹ annotavit,
cap. 25. nascuntur officiorum genera, cunctaq; communis
vitæ officia secundum suam cuiusque vocationem
deriuantur.

II.

Quomodo Cardinales virtutes
definiuntur?

PRUDENTIA est virtus, quæ secundum honesti-
tationem quid expetendum, quid fugiendum
fit, homini præscribit. IUSTITIA est virtus, qua
cuique sua tribuuntur. TEMPERANTIA est virtus,
voluptatum carnis, quæ gustu atque tactu percipi-
piuntur, moderatrix. FORTITUDO est virtus, qualia-
bores mortisq; pericula constanter & suscipiun-
tur, & perferuntur.

Hæc est nobilis quadriga virtutum, qua in ce-
lum vehimur: hæc flumina quatuor paradisi, vt
Augustinus ² vocat, cuius & hoc dictum extat
memorabile: Illa est, inquit, ³ humanarum rerum
scientia,

Definit eas-
dem Au. li. 1.
de libero ar-
bitr. ca. 13. &
li. de morib.
eccles. ca-
tho. cap. 15.
De his in li-
bris officio-
rum differit
Ambrosius.

Prosper li. 3.
de vita con-
temp. c. 18. &
sequentib.
Bernard. ex
paruis ser-
moni. ser. 35.
brof. in lib. de
Paradiso. cap. 3.

² Lib. 2. de Genesi contra Manich. cap. 10. Itē Am-
broſ. in lib. de Paradiso. cap. 3. ³ Lib. 2. contra Academicos. c. 7

Scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperatiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitatem. Hæc enim sunt quæ nullam fortunam metuëtes, ut re nostra dicere audemus.

III.

Quo pacto prudentia nobis sacris literis commendatur?

PRUDENTER monet Ecclesiasticus in hunc modum, ¹ Fili, sine consilio nihil facias, & ¹ Eccl. 32. d post factum non pœnitebis. Item, ² Sapiens ² Eccle. 3. d cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operib. iustitiæ successus habebit. **T**um fons ³ Matt. 10. omnis sapientiæ prudentiæq; Christus, verus ille Salomon ita docet: ³ Estote prudētes sicut ser- b. & Ibidem pentes, & simplices sicut columbæ: vt intelli- Theoph. gamus ad perfectam prudentiam utrumq; coniunctim requiri, columbinā videlicet simplicitatem, que innocentēs mitesq; facit: & serpētinam prudētiam, que homines cautos ac prouidos reddit, ut nec fallant ipsi, neq; ab ullo fallantur. **I**d fiet si Paulinæ doctrinæ nos accommodemus: ⁴ Videte ⁴ Ephes. 5. fratres, inquit, quomodo cautè ambuletis: nō d. quasi insipientes, sed vt sapientes; redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei ⁵ bona scilicet, & be- ⁵ Rom. 12. a neplacens & perfecta. Atque hoc pertinet dictum Salomonis, ⁶ Qui cum sapientibus gra- ⁶ Prou. 13. d ditur,

DE VIRTUTIBVS

ditur, sapiens erit: amicus stultorum similis
¶ Prou.17.d efficietur. ² Et illud, In facie prudentis lucet
¶ Prou.18.c Sapientia. Demum quod idem affirmat: ³ Cor
prudentis possidebit scientiam, & auris sa-
pientum quæret doctrinam.

III.

De Iustitia quid porro Scriptura tradit?

¶ Prou.14.d **I**ustitia eleuat gentem; ⁴ Iustitia firmat
¶ Prou.16.b solium. ⁵ Melius est parum cum iustitia,
¶ Ibidem. quam multi fructus cum iniuste. ⁶ Quis
¶ R. 13. c. quidem iustitiae officium nobis per Apostolum his
verbis explicatur: ⁷ Reddite omnibus debita:
cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui
timore, timorem: cui honorem, honorem.
Huc spectant iusti & beati viri partes, sic in Psal-
mo 8 decantatae: Qui non egit dolum in lingua
sua, nec fecit proximo suo malum, & oppro-
brium non accepit aduersus proximos suos;
Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui
pecuniam suam non dedit ad usuram, & mu-
nera super innocentem non accepit. Ex quo
facile constat Iustitiae nomen contractius hic ac-
cipi, quam ubi generatim de Iustitia Christiana
dixerimus.

v.

Quo modo Temperatiam Scriptura docet?

¶ R. 13. d **A**d vitandam intemperantiam hoc Scriptu-

ra nobis iuigit, ne carnis curam in desido

ijs faciamus, ² neue per gulam corda nostra in ² Lue. 21. f
 crapula & ebrietate aliquando grauemus. Cæterum ad excitandam temperantiam hortatur, ubi
³ vult nos esse sobrios & vigilare, hoc est, sacris ³ 1. Pet. 5. b
 vigilijs & orationibus aptos esse, ut nullum sæ= Ephes 4. f
 thanæ locum demus. Monet igitur ex Ecclesiasti=
 cus, ⁴ Vtere quasi homo frugi his, quæ tibi ap ⁴ Eccl. 31. b
 ponuntur, vt non cùm manducas multum,
 odio habearis. Neque tacet idē de fugienda ebrie=
 tate, ⁵ Vinum quippe multum potatum, irri- ⁵ Ibidē. d
 tationē, & iram & ruinas multas facit. Quin
 etiam ut idem ait, ⁶ Vinū & mulieres apostata- ⁶ Eccl. 19. a
 re faciunt sapientes. Igitur de potu vini tempe=
 ratè sumendo hoc etiam addit: ⁷ Exultatio ani- ⁷ Eccl. 31. d
 mæ & cordis vinum moderatè potatum.
 Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.
 Quare alibi quoque scriptum legimus. ¹ Beata ¹ Eccl. 10. d
 terra, cuius principes comedunt in tempore
 suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.
² Qui autem abstinens est, adjicet vitam. ² Eccl. 37. d
 Sed hæc temperatiæ virtus etiam latius, quam ad
 moderatam cibi potusq; sumptionem se porrigit.
 Ioannes ³ Baptista, si quis unquam aliis, tempe= ³ Matt. 3. a
 rantiæ, abstinentiæ, immo & continentiæ omnis _{12. c} Marc. 1. 8
 exemplum se nobis absolutum præbuit, cùm
 luxum omnem in victu habituq; sibi præcidit, &
 summa frugalitate contentus vitam in eremo
 traduxit.

De fortitudine quid scriptura monet?

AD Hanc colendam satis hortatur, cum timorem improbum nobis adimit, & Christiane mentis fiduciam, alacritatem, constantiam atque magnanimitatem commendat. ⁴ Fugit impius nemine persequente, inquit Salomon: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Et Petrus de fidei ac pietatis hostibus hoc ad-

⁵ 1. Petri. 3. c. monet: ⁵ Timorem eorum ne timueritis, neq;

³ Ibidem: conturbemini. Quis est, inquit, ¹ qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Paulus vero, cum esset ipse Christi miles inuitus, ad veram & Christianam fortitudinem alios exci-

² 1. Cor. 15. tat s̄epe; Fratres, inquit, ² mei dilecti, stabiles

³ S. estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Ac rursum:

⁴ Ephes. 6. b ³ Fratres, confortamini in Domino & in potentia virtutis eius, Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, & resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

⁴ Psalm. 55. Fortis viri voces haec sunt propriæ, ⁴ In Deo sperauit, non timebo quid faciat mihi caro.

⁵ Psal. 26. a ⁵ Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si cōsistat aduersum me castra, nō timebit,

mebit cor meum.⁶ Si ambulauero in medio
vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam
tu mecum es.⁷ Quis nos separabit à charita-
te Christi?⁸ Omnia possum in eo, qui me cō
fortat. Hoc est quod Rex fortissimus David ad om
nes Dei filios, suosq; commilitones veluti clasicū
canens, dixit:¹ Viriliter agite & confortetur
cor vestrum, omnes qui speratis in Domi
no.² In Deo faciemus virtutem & ipse ad ni
hilum deducet tribulantes nos.

Ea verò demum vita homine Christiano digna
est, qua prudenter, iuste, temperanter, fortiterq;
viuitur: hinc aurea mediocritas cōstat, ut ne quid
nimis, et ne quid minus. Hoc est, quod Scriptura
loquitur: Ne declines ad dexteram, neque ad
sinistram.

DE DONIS ET FRVCTI BVSSPIRITVS S ANCTI.

I.

Quot sunt dona Spiritus sancti?

EA septem apud Esaiam³ Prophetā et Eccles
iae Patres inueniuntur: Spiritus sapientiae, In
tellectus, Consilij, Fortitudinis, Scientiae, Pietatis,
Ac demum Spiritus timoris Domini.

Quæ quidem dona, vel Spiritus in Christo Iesu
Domino nostro⁴ perfectius, quam in ullo alio, re

O s periuntur

⁶ Psal. 22.2

⁷ Rom. 8.9

⁸ Philip. 4.4

¹ Psal. 30.4

² Psal. 107.4

³ Prou. 4.4

Esai. 11. a &

ibidē Hier.

Am. li. 1. de

Spirit. sancto

c. 20 Au. ser

209. d tēp. &

17. de Sāctis

Item. li. 1. de

ser. Dom. in

monte ca. 9.

Greg. hom.

19. in Ezech.

& l. 1. moral.

c. 28. Itē. 35.

moral. ca. 7

Ber. in ser.

de donis spi

ritus sanct.

4 Orig. ho.

3. in Esai. &

homil. 6. in

Num.

§ Ioan. 1.b periuntur. Is enim plenus est gratiae & veritatis: in illo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.¹ De plenitudine eius nos omnes accepimus: * qui ex de Spiritu sancto suo dedit nobis.
 1 Ioan. 1.b.
 1. Ioā. 4.c
 3 Rom. 8.b ² Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius, si Apostolo credimus.

II.

Quot sunt fructus Spiritus?

§ Galat. 5.c **A** B eodem Apostolo ³ Paulo duodecim numerantur.
 Primus est CHARITAS, fructus quidem generosissimus, ac radix etiam bonorum omnium: sine qua non possunt prodesse cætera bona, & que ipsa non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus, ut inquit Augustinus.

4 1. Cor. 13 Au. in epist. Et in Euāg. Ioa tract. 5. Et in Euāg. Ioa tract. 82 de fructibus Spiritus. vi deatur Hie. Chry. Teod. & Theoph. in epistola ad Galat. Item Au. tract. 87. in Ioa.

Alter fructus est GAVDIVM, hoc præstans ut homo spiritualis alacriter lœteque seruat Deo.

Tertius PAX, quæ eō spectat, ut in huius mundi procellis animi seruetur tranquillitas.

Quartus PATIENTIA, quæ in duris serendis est sita.

Quintus LONGANIMITAS, quæ magnitudinem animi, in futuris bonis expectandis declarat.

Sextus BONITAS, quæ nulli nocet, sed bene vult omnibus.

Septimus BENIGNITAS, inuitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus temperata.

Octauus MANSVETVD^O, quæ omnes iræ
motus sedat & mitigat.

Nonus FIDES in proximum, ut fideles, pa-
storumq; ac promissorum obseruatores simus.

Decimus MODESTIA, quæ omnem fastus
& arrogantie suspicionem excludit.

Vndecimus CONTINENTIA, qua non so-
lum ab escis, sed etiam ab omni nequitia absti-
nemus.

Duodecimus CASTITAS, quæ mentem castā
in corpore casto conseruat.

III.

Quomodo doctrina de donis & fructibus
Spiritus ritè vtemur?

ITa videlicet, si gratis animis, unde illa nobis
proueniant, agnoscamus, ac eorundē virtutē
& usum in nobis efficacem sentiamus: exprimam-
us atque conseruemus. Proueniunt certè ab om-
nis gratia fonte Patre¹ illo lumen, qui nobis ¹ Iacob. 1.c
suam bonitatem & charitatem immensam in his co-
mendat, dum per Christum in nos² tam abundē² Tit. 3.b
spiritum suum effundit.³ Charitas enim Dei, ut³ Rom. 5.a
Apostolus testatur, diffusa est in cordibus
nostris per spiritum Sanctum, qui datus
est nobis, secundum hanc gratiam scilicet,
septiformem, Christo nobis ita promerente.

¹ Qui credit in me, inquit, sicut dicit scri-¹ Ioan. 7.f
ptura, flumina de ventre eius fluent aquæ
viuæ.

viuae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, ut ipse explicat Euangelista: Alioquin absque Christo, sicut Hieronymus² dixit, nec sapiens quis esse potest, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Dei.

Virtus autem & usus horum donorum spiritualium eò spectat, ut virtutes Theologicae simul & Cardinales, quas diximus, suam in nobis vim et operationem legitimam expediant, & expeditè perficiant. Efficiunt quoque, ut homines prorsus lubentes, & habiles ducem³ Spiritum sanctū ubique sequantur, atque eodem incitati & confirmati, in via mandatorum Dei indefessè procurrant, vereque spirituales & Dei filij efficiantur. 4 Qui cunque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, Apostolo teste.

De his donis prolixum esset nunc agere singulatim: inde porrò suauissimi fructus Spiritus consequuntur, qui nos veluti frugiferas arbores in Ecclesiæ agro commendant atque ostendunt, secundum illud: ² Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Qui fructus etiam illud commodi afferunt, ut homo Christianus aduersus carnis opera, velut spirituali quadam armatura sit instructus et formatus. Nunquam enim falleat Canon Apostolicus, qui

² In caput
Esaiae, II

³ Psal. 142.
cap. 50. c. &
118. d

⁴ Rom. 8. c

¹ Psal. 51. d

² Matt. 7. c

qui habet: 3 Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et alibi scriptum est. 4 Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

III I I I.

Quæ sunt carnis opera?

Enifesta sunt opera carnis: quæ sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, Luxuria, Idolorū seruitus, beneficia, inimicitiae, contumesciones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia, ebrietates, cōfessiones, & his similia: quæ prædico vobis, si cut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequenter. Et subiungit,

¹ *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Tū alibi, ² Qui in carne sunt. ut secundum carnis videlicet desideria ambulent, Deo placere non possunt. Monet igitur idem Apostolus: ³ Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet: quoniam qui seminat carnem sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.*

5 Galat. 5.c
Vide Au. li. 14. de cuit.
Dei.ca.2

1 Ibidem. d
2 Rom. 8.b
Au. d verbis

Apost.ser. 6.
3 Galat. 6.b

Quæ nam sunt euangelicæ legis
Beatitudinēs?

¶ Am. in 6. **I**llæ sane sunt, quas & Dominicas Beatitudi-
nes, & Benedictiones Ambrosius⁴ vocat: que
Matt. 5. a. apud Matthæum Euangelistam octonario nume-
Vide Chrys. ro recensentur in hunc⁵ modum.

- Hier. Theo 1. Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum
ph. in Matt.
Item. Aug. est regnum cælorum:
li. i. d serm. 2. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt
Dominī in terram.
monte ea. 2. 3. Beati qui lugent: quoniam ipsi consola-
& sequent. buntur.
Chromatiū 4. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam:
episcopū in quoniam ipsi saturabuntur.
declamatio-
ne de octo 5. Beati misericordes: quoniam ipsi miseri-
beatitudini- cordiam consequentur.
bus. & in 5. c 6. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deū
Matt. Præ- videbunt.
terea Bern.
in sermon. 7. Beati pacifici: quoniam filij Dei voca-
i. in fest. om- buntur.
niū sancto- 8. Beati qui persecutionem patiuntur pro-
rum & ser. 4 pter iustitiam: quoniam ipsorum est re-
de aduē. Do- gnum cælorum.
mimi.

Quare hæc de Beatitudinibus
doctrina est ob-
seruanda?

Quoniam prima et maxima pars est legis Euangelicæ, quam Christus¹ Legifer noster in mōte tradidit ore suo sacro sancto, ut consideraret omnes, quid Christiana iustitia ultra fidem complectatur et postulet: deinde scirent, quomodo iustis corona iustitiae, ut Paulus² vocat, vel merces plena æternaq; non sine labore obueniat. Nam hinc etiam Iacobus affirmat, ³ Beatus vir qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.

¹ Esai. 33.4
² Matt. 5.2

III.

Quid verò circa hanc de Beatitudinibus doctrinam præcipue notandum est?

Primùm quidem obseruari debet, gradus inter eas distinctos esse, ut ex ipso tū numero, tum ordine perspicitur. Deinde quolibet in gradu coniunctim duo proponuntur, quorum alterum ipse sit actus virtutis, seu meritum et Beatitudo (ut nuncupat) huius vitæ, alterū verò æternævitæ præmiū suo merito cōgruens, quā beatitudinē patriæ licet appellare. Sicuti autē prior pars labore et difficultatem offert credētibus: ita posterior quæ statim in singulis gradibus adiicitur, magnitudine propositi præmij cōsolationē admiscet, lenitq; labores, sudores et agones in Christiana militia omnibus perferēdōs. ¹ Non enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit. ² Vnusquisq; propriā

¹ Ber. ser. 1. de Festo omniū sanctorum

¹ 2. Tim. 2.2
² 1. Cor. 5.6

DE OCTO BEATIT.

propria mercedem accipiet secundū suū la-
borē, ³ Quæ seminauerit homo, hæc & me-
tet, ut cōstanter gentium doctor aſſeuerat. Quā=

¹ Heb. 10. e.g obrem Dominus prius quam ¹ tremendum se iudi
Actoꝝ. 17. g cem orbis stat, ad expectationem aduētus fui nos

² Apoc 22. c omnes his verbis excitat: ² Ecce venio citò, in=

³ Apoc. 3. d quit, & merces mea mēcum est, reddere vni
Matt. 19. d cuique secundum opera sua. ³ Qui vicerit, da
Luc. 22. c bo ei sedere in throno meo: quæ demum sum=ma, æterna & absoluta est Beatitudo. At vana est
proſus mundi de beatitudine ſententia, quæ per
multos interim fallit ac perdit. Nā beati ferè vul=go putantur diuites, præpotentes, gloria & au=thoritate clari, bonis fortunæ affluentes, volunta=tibis indulgentes. Verūm Christus ⁴ vœ vœ iſtis

⁵ Esai. 3. c opponit, & liberè ſic Esaias ⁵ acclamat: Popule
meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiūt,

⁶ Pſa. 143. c & viam gressuum tuorum dissipant. ⁶ Beatus
populus, cuius Dominus Deus eius, nimirum
ut authorem ſuum bene beateq; viuendo ſemper
prædicet.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

I.

Quæ dicuntur Euangelica
confilia?

EA videlicet, quæ cùm ad salutē consequen-
dam simpliciter necessaria non sint, tamen ut
parandæ salutis ratio expeditior habeatur ac fa-
cilior, à Christo proponuntur atque cōsuluntur. dulteriniscō

Au.ser.61.đe
tēp. & in ea
chir.c 121
Itē li.1.de a-
dulteriniscō

Vnde discrimē, quod Scriptura inter præcepta iūgiss ēa.14.
& consilia statuit, est sedulō retinendum, ut illa & li. de san-
quidem, tanquam obseruatiū necessaria, præscri- cta virginitā
bi: hēc verò ut perfectam præceptorum obserua te ca.14.
tionem promouentia suadēri, ac spontē suscipi it Matth. 19. c
telligamus. Hinc Apostolus, quim de obseruando
cœlibatu docere véllet, ita pronunciat:² De vir- 2 i.Cor.7.d
ginibus præceptū Domini non habeo: Con Cyp. in ser.
filium autem do, tanquam misericordiā cō- de nativit.
secutus à Deo, ut sim fidelis. Quò spectat quod Christi.
Augustinus perspicuè dixit:³ Aliud est cōsillum, 3 Ser. 61.đe
aliud præceptum. Consilium datur, ut virginitas tempore
conseruetur, ut à vino & à carnibus abstineatur,
ut vendantur omnia, & pauperibus erogentur:
Præceptum verò datur, ut iustitia custodiatur, ut
omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum. Et
rursum:⁴ Consilium q̄ilibet audierit, & fe- 4 Ibidem.
cerit, maiorem habebit gloriari: Præceptum qui
non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euade
re pœnam non poterit. Augustino consonat Am-
brosius, cùm ita scribit:⁵ Non præcipitur quod 5 Am.epis.
supra legem est, sed magis datō suadetur consi- 81. ad Eccles.
lio, & quod tutius est, demonstratur. item: Con- sium Vercel
sillum inuitat voluntarios: præceptum etiam ad- lensim.

DE CONSILIIS

1 Lib. i. ad uersus Iouianum. stringit inuitos. Neque aliter sensit Hieronymus, ut hec eius verba¹ declarant: Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis. Sed maioris est mercedis, inquit,² quod non cogitur, & offertur.

2 Ad Eusto chiū de virginitate cu-
stodia.

II.

Quot sunt Euangelica consilia?

Omnia enumerare hoc loco non attinet: principalia vero tria sunt, de paupertate, Castitate & obedientia complectenda, sicut è sacris literis Patres intellexerunt.³ Paupertas ad eos pertinet, qui semel omnia relinquunt, ut Christum exemplo Petri & Apostolorum perfectè sequantur.⁴ Castitas eorum est, qui seipso castrauerunt propter Regnum cælorum, et uti Tertullianus dixit, se voluntarios probant spadones.⁵ Obedientia vero præstant, qui ut seipso plenè abnegant, non solum à cupiditatibus, verum etiam volūtate sua, tempore.

3 Matth. 19. c.d
Act. 4. g
4 Matt. 19. b
Euf. li. 2. his.
c. 17. & Nice pho. li. 2. c. 16
ex Philone de vita con-
temp.

5 Lib. i. ad uxorē & Au.
li. 30. contra Faust. c. 4

6 Matt. 16. c.d
Luc. 9. c
7 Eccl. 18. d
1 2. Cor. 8. b
Matt. 8. c
2 Esaiæ. 7. e
Hier. contra

quod Scriptura & admonet, prorsus auertuntur, dum eius, quem sibi superiorem Christi loco elegerunt, voluntati se se totos subiiciunt. Eiusmodi consilia Christus perfectionis Evangelicæ absolutum exemplar, non verbo tantum docuit, uti mox ostendemus, sed etiam exemplo vi tæ suæ sanctissimæ nobis confirmauit, qui cum diues esset, propter nos pauper factus est, non habens ubi caput reclinaret: qui Virgo etiam ex virginine natus, & sanctorum virginum sponsus, & amator,

amator idem castissimus usque persevererat : qui Iouin. li. i. & tam sedulus demum in praestanda obedientia fuit, ut³ matri virgini adeoq; fabro subditus, & ad mortem usque crucis obediens factus, de seipso testetur:⁴ Descendi de caelo, non ut facia voluntate mea, sed voluntatem eius qui misit me.

III.

Vbi consilium paupertatis Euangeliæ à Christo docetur.

A pud Matthæum eo in loco ostenditur, qui sequitur diuinorum præceptorum enumerationem: de quibus præceptis unicus citra exceptionem dictum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ac deinde consilium de voluntaria paupertate sectanda⁶ proponitur, addita verbo rū formula singulari, que illud capescentes arbitrio relinquere. Ait enim Dominus: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me. Vbi non solum ita consultit Dominus, verum etiam quasi calcar addit, ex ut homines ad consilium hoc amplectendū libentiores faciat, præmij proponit magnitudinem quo eos alliciat atque cōsoletur. Sic enim fore promittit, ut qui omnibus propter Christum relictis

Matt. 19. c
6. Hiero. ad Helio. & Ruthicum
Item in c. 1.
Matt. & ad Demetriadē de seruanda virg.

Quest. 1. ad Hedibīā, & ad Pammachium super obitu Pauli nę.

Basil. q. 9. dif fuse explicat Damas, in hist. Bar-

phat. Chrys. in illud Pauli salutate Priscam & Aquilā⁷ Ibi dē. 1 Matt. 19. d. & ib. Hier. Euthy. & Ansel. Itē Theophylact. & Beda in 10. c. Mar. Cassian, colla. 24. c. 36 Gregor. hom. 18. in

DE CONSILIIIS

Ezech. Ber. pauper est, is habeat thesaurum celo, accipiat¹ cen
in declamat. tuplum, & possideat vitam æternam, quæ diuiti-
de deserent. bus alioquin aditus est² perdifficilis.

² Matt. 19. c Huiusmodi paupertatis cultores ac professio-

³ Au. li. 17. res³ erant Apostoli, quorum nomine fidenter di-
de ciuit. Dei xit Petrus ad Christum:⁴ Ecce nos reliquimus

^{c. 4} omnia, & secuti sumus te, His accedunt nascen-

⁴ Ibidem. d tis Ecclesiæ Christiani, qui vti Lucas testatur, ve-

⁵ Acto. 4. i g debant possessiones, & pecuniam ex his conflatæ,

^{2. c. 2} in communem usum conferebant, ita ut nemo suu-

Hier. ad De esse diceret aliquid: quoniam indiscreta & comu-

met. & in ca- nia apud ipsos manebant omnia.

ta. virorū il-

luft. d Philo ne.

Au. in Ps. 132 la proprietas⁶ retineatur. Atque hic locum ha-

Possidon. in bet celebris & antiquis probata sententia:⁷ Bo-

vita Au. c. 5 num est facultates cum dispensatione pauperibus

Caf. 3. & co. 3 crogare: melius est pro intentione sequendi Domi-

⁶ Basili in cōsti. exerci- num in simul donare, et absolutum à solicitudine,

tatorijs. c. 34 cum Christo egere. I I I .

&. 18. Itē. q. Vbi Castitatis consilium commendatur?

85. cōpen. ex T Vm in Euāelicis, tum in Apostolicis literis.

pli. Laudat ergo¹ Christus illud genus Eunucho-

Au. epi. 109. ser. 1. de cō- rum,

muni vita cler. Item. ii. de morib. eccl. cathol. c. 31 Hier. ad Fu-

sto Gre. 4. dial. c. 55. & li. 10. ep. 22 Lib. de eccl. dogmatib.

c. 71. & Hier. aduersus Vigilat. Prosp. li. 2. de vita cōtepl. c. 9. Am.

li. de bono coniug. c. 8 Matt. 19. b Esai. 56. b. & ibid. Hier.

Item. li. 1. aduers. lou. Basil. de virginī. Epiph. heresi. 58. contra

Valesios. Au. de sancta virgi. c. 25. &c. 26.

rum, qui propter regnum celorum seipsoſ caſtra 2 Ibidem uerunt. Et ne præceptum hoc eſſe magis quam cō ſiliū putaremus, mox ſubijcit: ² Qui potest cape re, capiat. Quæ vox quaſi hortantis eſt Domini, Cypr. i tract ut recte Hieronymus ³ interpretatur, et milites de habitu ſuos ad pudicitiae præmium concitantis; perinde virginum. ac ſi dicat, Qui potest pugnare pugnet, ſuperet ⁴ Sapiēt. 8.d ac trumphet. Id ille potest, cui ⁴ datum eſt: datur ⁵ In cap. 19. autē omnibus qui, ut Hieronymus ⁵ idem teſtatur, petierint, qui voluerint, qui ut accipient, labora= ⁷ in Matth. uerint. Omni enim ⁶ petenti dabitur, et quærens ⁶ Au.li. 6. con inueniet, et pulsanti aperietur. ^{fess.ca.ii}

Cui quidem caſtitati præmium Diuina Scriptu ra diſcernit, ſingulare autem virginum caſtitati. Etenim ⁷ qui cum mulieribus non ſunt coinqua= ^{63. in Matth.} ti, ſed virgines permanerunt, ſine macula ante euangelij thronū Dei aſiſtūt, cantantq; nouū canticū corā ^{6. Matt. 7.b} Deo et Agno, ac ſequuntur agnū quoque ierit. ^{Luc. ii. b}

Apoſtolus verò planiſime dixit: Bonum eſt homini mulierem non tangere. Ac rurſum ⁷ Apoc. 14.2 ¹ De virginibus præceptum Domini non ha beo: confiſſum autem do, tanquam miseri cordiam conſequitus à Deo, ut ſim fidelis. Existimo enim hoc bonum eſſe propter in ſtantem neceſſitatem; quoniam bonum eſt ^{4. &. 15. illu min.}

P 3 homini ad Philemo nem. Au. li. de ſancta virginit. c. 27. &. ſequēt. Grego. in. 3. part. curae past. adm. 28. 1. Cor. 7. a ^{Mart. in epi.} Ibidem. d. Vide Hier. li. 1. ad ^{ad Tolofan.} uerſus Iou. Amb. in. 1. Cor. 7. & ibidem Theodoretum. ^{cap. 9. &. 10.} ^{Hier. in epi.}

DE CONSILIIS

Itē eūdēm
ia ep̄ diuinā
deci. c. d̄ vir
ginit̄. Cui vult, inquit, nubat, tātūm in Domīno.
Beatiōr autēm erit, si sic p̄mansiēr̄ secun-
dum meūm consiliūm: Puto autēm quod &
ego Sp̄ritūm Dei habeām. Apostolo p̄lch̄rē
fusfragat̄ Ambrosius, ubi in hac³ verba scri-
bit: Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo
Legit, atē in p̄fertur, dicente Apostolo:⁴ Qui iungit virgi-
nem suam, bene facit: & qui non iungit,
melius facit: Hęc enim cogitat que Dei sunt, illa
que mūdi: illa coniugalib⁹ vinculis colligatis est,
hęc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gra-
tia. Bonum coniugium, per quod est inueniēt post
ritas successionis humanae, sed melior virginitas,
per quam regni cælestis hæreditas acquisita, et ce-
lestium meritorum reperta successio. Per mulierē
cura succēdit, per virginem salus euēnit. Ita Am-
brosius.

I Basib̄ ser. II Requirit autēm isthęc Castitas, ut quis consi-
exercitame-lio delibera-¹ dīque constanti, ab omni carnis for-
tori pietatis. de seu Venerea voluptate, incorrupt⁹ viuere stu-
& in praxi-² deat, abque vitam cœlibem agit continenter: ut
tione consti-³ fit sanctus. Et corpore & sp̄itu propter Chri-
tatoriarum. stū. Eoq; spectans Apostolus dixit: Qui statuit
Gall. collat. in corde suo firmus, non habēs necessitatem
potestatem autēm habens suę voluntatis, &
hoū indicauit in corde suo feruare virginem
Basil. in. Psal. suam bene facit.

Quomodo consilium Euangelicum de obedientia nobis proponitur?

Christus Dominus primum ex exemplo vite sanctissimae, sicut ante meminimus, deinde verbo suo huius obedientiae rationem perfectam nobis proposuit atque commendauit. Venit enim non suam⁴ facere voluntatem, sed Patris, et eorum, quibus fuisse subditus legitur: venit idem⁵ ministrare, et non ministrari, adeo ut humiliarit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, morte autem Crucis. Tum ad sui imitationem nos verbo excitatus, dixit, ¹ Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quae verba, ut generatim ad omnes dicta, recte quidem possunt accipi, sed peculiariter tamen atque perfectius ad eos pertinent, qui pro suo modulo se Christo ita conformant, ut nulla in re sui esse iuris velint, et alieno potius, quam suo arbitratu vivere sat agunt, dum alterius, quem Christi loco sibi preposuerunt voluntate et imperio ultrè sequuntur. Horum praefectus, uti Basilius² docet, Christi persona obtinet, ac veluti mediator Dei et hominum factus, salute obedientium, Deo sacrificat. Vnde quemadmodum oues pastori obedient, ea rati. c. 21. Nice pergetes via, quia pastor ipius duxerit ita conuenit ph. l. ii. eccl. hist. c. 77 huismodi pietatis exercitatores suis obediere praefectis, non curiosè inuestigando precepta, ubi a pec-

⁴ Ioan. 2. 4

Luc. 2. g

⁵ Matt. 20. 6

Luc. 22. c

Philip. 2. b

¹ Matt. 16. 4

Luc. 9. c

Hier. ad Rusticū monachum.

Basil. ser. 2.

& 5. exercita-

mentorum

pietatis. & q.

96. cōpendio

expl.

Itē incōstitu-
tionib. exer-
citatorijs.ca-
pit. 22

Gre. l. 32. mo

ph. l. ii. eccl.

hist. c. 77

² Basil. c. 22

in constitutō
exercit.

DE CONSILIIS

³ Bern. de
præcep. & di-
spensatione

cato aliena fuerint: sed cum omni alacritate ac stu-
dio explendo ea quæ demandantur. De quo præ-
fato sic etiam post Basiliū Bernardus ³ affirmat:
Ipsum quem pro Deo habemus, tanquam Deum
in his, quæ non sunt apertè contra Deum, audire
debemus.

I Philo in
li, de vita cō-
tepla. & ex
eodem Eu-
c. 2. & li. 2. d.
bello Iudai
Hier. ad Eu-
stoc. de cust.
virgi.

Item de vi-
ris illust. in
Philone.

^{c. 6.} Eus. li. 1.
de demōstr.

euan. c. 8. Au-
gu. de mori-

Huiusmodi autem fideles & excellentes Chri-
sti imitatores, qui dictis consilijs obseruandis se-
riò vacarent, uti veteres ostendunt annales, Ec-
sebius & Ni- clesia semper ¹ habuit, & in his delectos proba-
ceph. tosq; cœtus piorum ac Religiosorum hominum,
Iolephus. li. qui supra vulgi morem ac exemplum, abdicatis
18. antiquit. semel bonis omnibus, & relictis carnis illecebris,
co cap. 7 licet spectantes, ut ad Christi obediētis exemplar,
Epiph. here- & ad Euangelicæ normæ perfectionem sese totos
si. 29. componerent, nullumq; propriæ voluntati locum
Hier. ad Eu- relinquerent. Cuius rei testes per quam idoneos ha-
stoc. de cust. bemus Basiliū, Augustinū. Hieronymū, Be-
virgi. nedictū, Gregorium, Caſianum, Bernardum,
Item de vi- aliosq; innumeros Euāgelicæ perfectionis profes-
ris illust. in sores, & monastici instituti tum defensores, tum
Philone. Dionys. de obseruatoris integerrimos

V. I.

Quid summatim de Consilijs Euā-
gelicis est sentiendum?

Hoc
eccl. cathol. c. 31. Cass. collat. 18. c. 4. & sequent. Naz. in vita Ba-
sil. Athan. in vita Anton. Sulpitius in vita Martini. Isidor. libr.

Hoc² nimirum, quod sint incitamenta, & sub fidia quædam commodo admodum, quæ infirmis aduersus mundi, carnisq; illecebras arma præbeant, quæ bonorum conatus in cursu veræ pietatis ad meliora prouehant: quæ spiritum ad præstā dial. Chrys. da Religionis Diuiniq; cultus officia expeditiore reddant, & quæ insuper, ut ostendimus, ad æternæ vitæ mercedem,¹ ac gloriam in cælo pleniorē consequendam conferant.

Ac summa quidem Euangelicæ perfectionis in eo versatur, ut quam maximè possis, ad² charitatem contendas, Christumq; imiteris. Imitaris autem si Christo⁴ & pauperi, & virgini, & alijs subdito, & ad mortem usque Crucis obedienti, pro tua virili te studeas conformare: si cum Apostolo itidem⁵ Paulo, neglectis ijs, quæ retrò sunt, indefesso labore ad anteriora contendas & ad superne vocationis brauium te extendes indies, voluntate interim propria in totum, quo ad eius fieri potest, abdicata, ac homini propter Deum subiecta, ut⁶ emuleris usque meliora Charismata, partemque optimam tum eligas, tum bona fide in finem usque conserues.

P 5 D E 5 Phili.3.e
6 1.Cor.12.d Luc.10.g

2.de.off.ec-
cle.c. 15. So-
zom li.1 his.
c.12.

Gre.in.2. li.
aduersus.vi-
tup.monast.
vitæ.&.ho.
56 ad popul.
& seq. Item

hom 14.in.1
ad Timoth.

2 Chrys. in
Matt.5. cap.

1Matt.19 c.d
2 1.Cor.13.2

1.Ioan.3.c

Coleff.3.c

Au. de morib.
bus.eccl.ca-

thol.ca.33.

3 Luc.9.c

4 2.Cor.8.b

Matt.8.c

Luc.2.g

Phili.2.b

1.Pet.2.d

DE QVATVOR HOMINIS
NOVISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis
nouissima?

HÆC videlicet: Mors, Iudicium, Infernum & regnum cælorū: dicta quidem nouissima, quod inter cætera omnia quæ homini accidere possunt, extremum planè locum sibi vendicent. Mors enim, ut dici solet, est ultima rerum linea. Mortem sequitur Iudicium Dei sicut et Paulus his verbis ostendit: ¹Statutum est omnibus hominibus semel mori: post hoc autem Iudicium, tum singulare scilicet, quod unusquisque moriens excipit, tum illud extremum et uniuersale, quod omnes ad mundi finem exspectat, ut supra indicauimus.

Iudicantur autem alij, quos in mortali peccato
2. Matt. 25. d mors opprimit ²vt pœnis apud inferos perpetuis
addicantur: alij, quos ex hac vita migrantes ornat
3. Matt. 22. b nuptialis illa vestis Charitas, vt ⁴vita in cælesti
Aug. li post regno per beatam fruantur. Hoc est quod Euange-
colla. contra licia veritas asserit: ⁵Procedent qui bona fece-
Donatist. runt in vitam æternā: qui vero mala, in sup-
cap. 20. q plicum æternum. ⁶Filius enim hominis vé-
Greg. homi. turus est in gloria Patris sui cū Angelis suis:
38. in euang. & tunc reddet vnicuique secundum opera
4. Matt. 25. d eius.
5. Ioann. 5. a
Matth. 25. d
6. Matt. 26. d

Quomo-

Quomodo Scriptura nos de morte
docet?

Si autem per unum hominem peccatum in 1. Rom. 5.b
hunc mundum intravit, & per peccatum
mors, ita in omnes homines mors pertran-
sigit, ut Paulus affirmat. Igitur etsi hora mortis
nihil sit nobis incertius, Nescit² enim homo fi- 2. Eccl. 19.c
nem suum: morte tamen ipsa certius nihil esse po-
test. Vnde scriptum est, Et res ipsa quotidie do-
cat:³ Omnes morimur, & quasi aquæ dilabi- 3. 2. Reg.
mur in terram, quæ non reuertuntur. Idq; 14.c
confirmans Ecclesiasticus,⁴ Et Rex hodie est, 4. Eccl. 10.b
inquit, & cras morietur. Cum morietur au-
tem homo, hæreditabit serpentes & bestias
& vermes.

Cum vero plurimum referat iquomodo, &
quam parati moriamur, toties in Euangelio nobis
repetitur illud: VIGILATE. Item, Estote pa- 5. Matt. 15.a
rati: quia qua hora non putatis, Filius homi- Marc. 13.d
ni s veniet. Parati vero & vigilantes mortem 6. Luc. 12.e
excipiemus, si serio & in omni vita profecto quisq;
meditetur quod scriptum est: 7 Ante obitum 7. Eccl. 14.c
operare iustitiam, quoniam non est apud infe- 8. 1. Cor. 15.b
rios inuenire cibū: sicut & Christus dixit,¹ Ve- 1. Ioan. 9.c
niet nox, quando nemo potest operari.² Am- 2. 2. Ioan. 12.c
bulato dum lucem habetis, vt non vos tene- 3. 1. Cor. 15.b
brae comprehendant.

Pulchrè autem Propheta inter iustorum malorumq; mortem discreuit. Nam de his quidem di-

³ Psal. 35. d cit, ³ Mors peccatorum pessima, illorum scilicet: qui velut peruvicaces Iudæi, in peccato sine

pænitentia moriuntur, ac proinde sic pereunt, ut semper apud inferos cum epulone diuite sint ex-

Lucæ. 16.f.g cruciandi. De illis verò testatur, ⁴ Preciosa in

⁴ Psal. 115.a conspectu Domini mors sanctorum eius. Te

libus quippe mors ista corporis nihil est aliud,

quam terrenæ huius peregrinationis & ærumpa-

rum mortalis vitæ terminus, somnus quietus, et

secura obdormitio, veræ vitæ principium, &

optabilis transitus ad beatam immortalitatem:

Cuius desiderio Apostolus flagrans, & huius vi-

tæ pertæsus, Cupio, inquit, dissolui & esse cù

⁵ Philip. 2.c Christo. ⁶ Beati serui illi, quos cùm vene-

⁶ Luc. 12. e rit Dominus inuenierit vigilantes. Et ⁷ Bea-

⁷ Apoc. 14. c ti mortui qui in domino moriuntur: Iustus

Sap. 4.b autem si morte præoccupatus fuerit, in re-

frigerio erit.

Quomodo Scriptura de Iudicio
admonet?

Heb. 10.f H Orrendum est incidere in manus Dei viuen-

¹ 2. Cor. 5.b tis, Christiq; iudicis, ¹ ante cuius tribunal

Rom. 14.b nos omnes oportet manifestari, & vnumquenque

² Eccl. 12.d rationem pro seipso reddere: ² Cuncta enim,

quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro

omni

Omni errato, siue bonum siue malum sit.

Quare non modo peccatoribus, sed etiā sēpe san-

Etis³ iudicij huius terribilis est exspectatio. Ti= 3 Greg.li.8

⁴ Ne intres moral. c. 130.

in iudicium cum seruo tuo Domine. *Timuit* 4. *Plal.* 142.

Iob quantumuis innocens , suumq; timorem ^{a.} **Iob. 31. b**

*his verbis ostendit: Quid faciam, cum surre- 6 Ibidem.e
cipi hunc? 1*

xerit ad iudicandum Deus? & cum quælie- 7 Iob.9.c
vit uide infra 1.1.1. illi? Secundum 6 — s. tunc Vida Chrys-

rit, quid respondebo illi? Semper ^o quali tu=Vida Chry-
moneta super me fluat agitum. Psalm. 85. 2. ^e sof. hom. 46

mentes luper me Huctus timui Deum & potius cuius ferrum patui. 7 Verba eam nisi e

dus eius ferre non potui. / Venerabar omnia opera mea, scians quod non parceres delinquenti sequentib.

Accuerò metuendus est iudex ille cuius non liceat iudicio ex-

At vero melius est indecne, scilicet non ultra iudicio existentem effugere sapientiam fallere, qui tremunt.

tatem fletere, iudicium retractare. De quo ita scripsi. Aug. ser. 67.

ptum extat: ⁱ Zelus & furor viri (Christi iudicis detempore.

scilicet) nō parcer in die vindictæ, nec acquie sum boni.

scet cuiusquam precibus, nec fuscipiet pro Re 1.cap.30.

demptione dona plurima. *Qui de seipso etiam* Prosper.lib.

suoq; iudicio (ne quis sit inscius) hoc omnibus præ 3^o de vita cō-

²nunciauit: Cum accedero tempus, ego iusti- templ. c. 12.

tias iudicabo.³ Ego Dñs scrutans cor & pro 1 Prou.6. d.

bans renes : qui dō vnicuiq; iuxta viam suā, 2 Psal. 74. 2

& iuxta fructum adinuentionum suarum. 3. Hier. 17. b.

⁴ Ego opera eorum & cogitationes eorum

venio ut congregem, cum omnibus genti-
bus ad iustitiam tuam et aeternam.

bus & linguis : & venient & videbunt glo-
-

Cetaceum

Cæterum

Sophon. 1. d

Ioël. 2. a. g

5. 2. Petr. 3. c

Cæterum de Iudicij extremi die, qui & dies Domini, dies iræ, dies magnus & horribilis in scriptura dicitur, Apostolus Petrus docet in hunc modum: 5 Adueniet dies Domini sicut fur, in quo cæli magno impetu transiēt, elementa verò calore soluentur, terita autem & omnia quæ in ipsa sunt opera, extirentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus: expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescerent.

Vt. verò tunc clementem iudicem Christum,

1. Luc. 22. f ac diem illum, 1 quo cælum & terra transibunt nobis lætum habeamus, præclarum hoc est consilium

2. Eccl. 18. c Sapientis, 2 Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.

3. 2. Co. II. g 3 Si enim nosmetipos dijudicaremus, non

4. Eccle. I. b vtique iudicaremur. 4 Timenti Deum, bene erit in extremis, & in die defunctionis sua benedicetur.

Vide Greg.

lib. 9. moral.

ca. 45. & seq.

Item libr. 4.

dial. c. 42. &

sequētibus.

1. fid. de sum. bo. li. I. c. 31. & 32. Prosp. li. 3. de vita contēp. c. 12.

111.

Quid verò de inferno eiusque poenis?

VT morte quidem nihil miserabilius, ut iudicio etiā nihil est terribilius, præsertim filijs

huius

hūus seculi obstinate peccātibus: sic Inferno eiūf
 q̄ pēna nihil intolerabilius ac infelicius potest ex 5 Matt. 8. b
 cogitari. Ibi enim (teste⁵ Scriptura diuina) fletus
 est & stridor dentium , ibi¹ vermis eorum non
 moritur, & ignis non extinguitur:² ibi terrate= 13. f. g. 22. b.
 nebroſa et operta mortis caligine: ibi umbramor 24. d. 25. c
 tis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabi= 1 Marc. 6. g
 tat.³ ibi pars illorū in stagno ardenti igne & sul= Esai. 66. g
 phure, quod est mors secunda: ibi⁴ cruciabuntur 2 Iob. 10. d
 die ac nocte in secula seculorum. Ibi demum verū 3 Apoc. 21. b
 esse comperietur quod omnibus apud inferos tor= 4 Apoc. 20. c
 quendis iustus iudex his verbis prædictus: ⁵ Ecce 5 Esai. 65
 serui mei comedēt, & vos esurietis: Ecce ser= 6 Psal. 2. c
 ui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei 7 Sap. 6. a
 lætabuntur, & vos confundemini: Ecce ser= 8
 ui mei laudabunt præ exultatione cordis: & 9
 vos clamabitis præ dolere cordis, & præ cōtri= 10
 tione spiritus vulturabitis.

Itaque Propheta Regius Reges & principes
 omnes compellat, atque futuras malorum poenas
 illis proponit cum hac graui admonitione.⁶ Et
 nunc Reges intelligite, erudimini qui iudi- 6 Psal. 2. c
 catis terram(7 Fortioribus enim fortior in-
 stat cruciatio, & iudicium durissimum in
 his qui pr̄esunt fiet.) Seruite Domino in ti- 7 Sap. 6. a
 more, & exultate ei cum tremore: Ap-
 prehendite disciplinam , ne quando ira-
 scatur Dominus , & pereatis de via iusta,
 cūm

cum exarserit in breui ira eius. Hinc & Christus ipse, dictum omnibus voluit,¹ Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete. Ut enim est momentaneum quod in hac vita delectat, ita sempiternum est quod in gehenna excruciat.

v.

De regno Cælorum quid ex scriptura dicimus?

2 Mat.25.e **P**arauit hoc Regnum Deus electis² ab origine mundi, regnum cælestis, regnum æternum, regnum beatissimum, de quo Paulus aperte fatur:³ Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.⁴ Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis uit. Dei. ca. ascenderunt quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.⁵ O sanctam ciuitatem Hierusalem, nouam descendenter de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. De qua Ioannes diuinorum optime conscius, **5 Apoc.21.a** hæc cælitus audiuit & scripsit,⁶ Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt.

abierunt.² Illic auditur vox tubæ magnæ, & si= ^z Apoc. 19
cut vox aquarum multarum, & sicut vox toni= ^a apoc.
truorum magnorum dicentium, Alleluya: quo= ^b
niam regnauit Dominus Deus noster omni= ^c
potens. Gaudeamus & exultemus, & demus
gloriam ei quia venerunt nuptiæ agni.

Beati, qui³ ad cœnam nuptiarum Agni vo= ³ Ibidem. b
cati sunt: beatiores vero, qui ad eam cœnam vo= ^{Lucæ. 14. d}
cati, sub motis impedimentis omnibus accedunt, ve= ⁴ Matth. 22
stemq; ⁴ nuptialem adferunt, ut regno Dei cum ^{b.}
Abraham, Isaac & Jacob recumbant. Nec opus
est rogare, ⁵ Domine quis habitabit in taber= ^{Psal. 14. a}
naculo tuo? aut quis requiescet in mōte san= ^{23. a}
cto tuo? Expedita est responsio: Qui ingreditur
sine macula, & operatur iustitiam. Aut si ver= ¹ Matth. 7. c
bo Christo magis delectaris, ¹ Qui facit volun= ¹ Matth. 7. c
tatem Patris mei qui in cœlis est, ipse intra= ²
bit in regnum cœlorum. Sancta hæc ciuitas, &
sanctos etiam ciues requirit: ² non intrabit in ² Apoc. 11.
eam aliquid coinquatum.

Quis est vñsus & fructus doctrinæ totius ^{Vide Grag.}
de quatuor nouissimis? ^{homil. 34. in euang.}

Primùm hæc ipsa cognoscere ac serio medita= ^{Ifidor. lib. 3.}
re, ed confert, ut à cura, studio & amore illa= ^{de summo}
rum rerum, quæ caducæ, fluxæ & vanæ sunt in ^{bono. c. vlt.}
hoc mundo, facilius auocemur. ³ Vanitas enim va= ³ Eccle. 1. 8

nitatum,

¶ nitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum,
Ibidem.c & omnia vanitas: **¶** Vidi quæ fiunt cuncta
 sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio
 spiritus.

¶ Deinde hō solum à cogitationibus vanis curisq;
 terrenis hæc animaduersa hominem reuocant: ve
 rum etiam ab omni peccandi licentia, consuetu
 dine & proclivitate deterrent. Hinc aurea illa sen
¶ Eccle.7.d tentia: **¶** In omnibus operibus tuis memo
 rare nouissima tua, & in æternum non pec
 cabis.

Præterea monent sapientem, ut cunctis in re
 bus nihil temerè faciat, sed extrema primū om
¶ Deut. 31. nium sibi¹ propōnat, fineq; prospecto, via regia
¶ Prou. 4.d progrediatur, ut neque² ad dexteram, neque ad
 sinistram à recto deflectat.

¶ Eccl 1.b. Precipue verò huiusmodi rerum memoria &
Eccle.7.c contemplatio id efficit, ut diuinus timor,³ qui ve
Prou.14. c ræ sapientiæ fons, totius virtutis custos, ac in om
 ni hominis vita necessarius est Pædagogus, in æqui

¶ Eccl.1.c boniq; studio nos confirmet ac prouehat: Nam⁴ ti
 mor Domini expellit peccatum: & qui sine

¶ Eccl.1.d timore est, non poterit iustificari. **¶** Qui ti
 ment Dominum, inquirent quæ beneplaci
 ta sunt ei. præparabunt corda sua, & in con
 spectu illius sanctificabunt animas suas. De
 tum qui timent dominum, custodient man
 data illius, & patientiam habebunt usque
 ad

ad inspectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.

Ceterum filii seculi huius, qui vanitatem diligunt, & quærunt mendacium: qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis; ante quorum oculos non est Timor Dei, nihil minus illi quam bis de rebus cogitationem suscipiant.¹ Gēs ⁱ Deut. 32^b
absque consilio est, & sine prudētia: utinam saperent & intelligerent atq; nouissima prouiderent. His videmus, quod Iob sanctus aiebat,
quotidie usuienire:² Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi:
Ducunt in bonis dies suos & in punetu ad inferna descendunt. Sic³ risus dolore misetur, & extrema gaudij luctus occupat.

VII.

Quæ est summa eorum, quæ in hoc libro continentur?

SVMMĀ TOTIUS OPERIS DIABOLI REBUS CONTINETUR,
SAPIENTIA ET IVSTITIA CHRISTIANA. Ad Sapientiam hec capita, videlicet de Fide & Symbolo Fidei, de Spe & Oratione Dominica, de Charitate & Decalogo referuntur. NAM FIDES, SPES, CHARITAS, illæ virtutes sunt quibus veram hominis sapientiam, ut Augustinus annovuit,

SVMMA DOCTRINAE

Diuina Scriptura cōcludit. Acceſſit porro de præceptis Ecclesiæ, & de Sacramentis tractatio. Si-
cut enim prædictæ virtutes absque Sacramentis
& præceptis Ecclesiæ rectè obſeruatis ſubſiſte-
re non poſſunt, ita eorum accessione efficaciter no-
bis inſeruntur, insertæ conſirmantur, augentur
& perficiuntur. Itaque in ijs, quæ ad Sapientiam
reſerimus, explicādiſ, prior libri pars absolute eſt.

Posterior quæ circa Iuſtitiam verſatur, duas
eius partes tum ad mala ¹ fugienda, tum ad bona
conſectanda ſpectantes, breuiter enucleat.

¹ Psal. 33. c.
& 36. e
² In Psal. 4.
Bernar. ſer.
34. ea par-
uus ſerm.
Prosper. ſen-
tent. 86.

Etenim abſtinere à malis, Chryſoſtomo ² teſte, nō
ſatis eſt nobis ad ſalutem, niſi adſit etiam bono-
rum poſſeſſio & virtutis actio. Utrique igitur
parti capita nonnulla, quæ præcipue ad malorum
bonorumq; diſcrimē obſeruandum perteſt, ac
commodata ſunt. Totius autem Iuſtitiae vim &
amplitudinem Tobias vir & quæ ſapiens ac iuſtus,
ſuccinctè comprehendit, ubi ſuum filium, adeoq;
in illo filios Dei omnes ſigillatim admonet in hec
verba: ³ Noli timere fili mi: pauperē quidem

³ Tob. 4. d

vitam gerimus, ſed multa bona habebimus,
ſi timuerimus Deum, & reſeffeſſimus ab om-
ni peccato, & fecerimus bene. Ita demum diſci-
mus Christiani hominis integrum officium, quod
noſi modō fidem, ſed vitam etiam, que ſecundum
Sapientiam, & Iuſtitiam Christianam iuſtituta
ſit, omnino requirat. Sapiens autem ⁴ cor & in-
telligibile,

⁴ Eccl. 3. 3

telligibile, uti Scriptura testatur, abstinebit se
a peccatis, & in operibus iustitiae successus
habebit.

Verum enim uero ne institutæ breuitatis termi-
nos præteremamus, doctrinæ huius ad Christianos,
eosq; in primis simpliciores instituendos pertinē-
tis, hic modus & finis esto. Quæ omnia uno Eccle-
siastis verbo, tanquam totius humanæ vitæ illustri-
figillo, consignabimus, ita concludentes: ² DEVM & Eccle. 11.
TIME ET MANDATA EIVS OBSER- d.
VA, HOC EST ENIM OMNIS HOMO. Ecccl. 1. d

Confirmahoc Deus quod operatus
es in nobis. Psalm. 67, f

F I N I S.

Q. 3

124

INDEX TOTIVS LIBELLI ORDINEM ET SYMMAM COM- PLECTENS.

Christiana doctrina circa Sapientiam & iustitiam versatur.

Ad Sapientiam, quæ ordine sequuntur, & infrà tractantur capita, referri possunt.

1. De Fide & Symbolo Fidei.
2. De Spe & Oratione Dominica, cum Angelica salutatione.
3. De Charitate & mādais Decalogi, Cum Ecclesiæ præceptis.
4. De Sacramentis.

Ad Iustitiae priorem partem, quæ in malis fugiendis est sita, pertinent hæc capita.

1. De peccatis Septem Capitalibus.
2. De peccatis alienis culpa aliqua nostra ad nos pertinentibus.
3. De peccatis in Spiritum sanctum.
4. De peccatis in cœlum clamantibus.

Ad Iustitiae partem alteram, quæ in bonis faciendis aut conlectandis est posita, rectè referri possunt.

1. Bonorum operum genera triplicia.
2. Opera misericordiae.
3. Virtutes Cardinales.
4. Dona & fructus Spiritus sancti.
5. Octo beatitudines.
6. Consilia Euangelica.
7. Quatuor hominis nouissima.

Ecclesiastico verbo comprehendendam, Ecclesiastici sententia notata digna est, qui ait:

Fili, concupiscens Sapientiam, conserua Iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.

CAR-

¶ De peccatis in cœlum cœlum suscipiantur.
¶ De peccatis in spirituum spiritum suscipiantur.
¶ De peccatis in corpora corpora suscipiantur.
¶ De peccatis in sensibus sensibus suscipiantur.
¶ De peccatis in utiliis utiliis suscipiantur.
¶ De peccatis in utiliis utiliis suscipiantur.
¶ De peccatis in utiliis utiliis suscipiantur.

Potes

CARMEN
DE PRAE CIPVIS
HVI VSCATECHISM
PARTIBVS, IN GRATIAM
STVDIOSORVM AD-
JECTVM.

VIS verè Christi censendus no-
mine dignus?
Hic, cui iustitia est simul & sapien-
tia cordi.
Quis sapiens? recte qui credit, spe-
rat, amatque.
Quis iustus? mala qui fugiens bona quæq; capessit.
Quæ bona? dum refouet miseros, ieunat & orat:
Nec se, nec quenquā, nec Christum fraudat invollo.
Cūnam recta fides? qui firmiter omnia credit.
Quæ credenda iubet Deus, atque Ecclesia dictat.
Quis sperare potest quæ sacra Volumina tractat?
Qui violare timet castissima iussa tonantis.
Et quis amat? nisi qui Christū super omnia querit,
Et quemcumque hominē puro sibi iungit amore.

Sacramēta quidē ceu septem pharmaca mētis.
Instituit Christus, per quæ sua munera confert.
Baptismus scelus omne piat, pœnasq; remittit.
Chrismate firmantur nati tenerique tyrones.

Nos sacra mortales reficit pascitq; synaxis.
Lapsos restituit Confessio ritè peracta.
Vnctio postrema ægrotos solatur & armat.
Ordo sacerdotes statuit, qui sacra ministrent.
Coniugium Christo populum conseruat et armat.

Munia Christicole duo sunt: ut criminis vita
Secteturq; bonum, dum vita postulat usus.

Cui mēs fixa Deo, subit & præcordia virtus.
Et quantum potis est vitam sine crimine ducit,
Catholicamq; fidem qui semper ubique tuetur.
Et fugit hærefoes toto contagia corde,
Hic quatuor voluit repetitq; nouissima mente.
Cūcta q; perpendit que continent iste libellus,
Hic bene succedit cœlestis sedibus aulae.
Sin minus, haud unquam poterit sperare salutē.

Lauda eterna Deo, perpetuumq; decus.

I E S U C H R I S T O. Crucifixo, qui auctor
atque consummator est sapientiae
iustitiaeq; nostræ, G L O R I A
S E M P I T E R N A.

(. . .)

A P

APPENDIX DE HOMINIS LA-

psu & iustificatione secundum sen-
tentiam & doctrinam Con-
cilij Tridentini.

I.

De statu & lapsu primi
hominis.

 V M primus homo Adam manda- Sessione. §.
tum Dei in paradiſo fuisset trans-
gressus, statim sanctitatem & iu-
stitiam in qua fuerat constitutus,
amisit, ac præterea per huiusmodi
prævaricationis offensam, iram & indignationem
Dei, atque adeò mortem quam antea comminatus
illi fuerat Deus incurrit, & cum hac ipsa morte
in diaboli, qui mortis deinde habuit imperium, ca-
ptiuitatem incidit, demumq; totus Adam per illam
ipsam prævaricationis offensam secundum cor-
pus & animam in deterius commutatus fuit.

II.

De peccato Adæ in omnes homi-
nes transfuso.

Neque

Neque verò Adæ prævaricatio sibi soli, sed etiam eius propagini & toti posteritati nocuit, ut qui acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam sibi nobisq; perdiderit: & per inobedientie peccatum inquinatus, non mortem & pœnas corporis tantum, verum etiam peccatum (quod mors est animæ) in omne genus humanum transfudit. Id quod Apostolus confirmans dixit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerūt.

Rom. 5.b

Vnde Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione non imitatione transfusum omnibus, inest unicuique proprium, aliquo remedio expiari necesse est ad vitam æternam consequendam. Nam ex eo immundi, et vt Apostolus, inquit, natura filij iræ tum semē peccati Diaboli & mortis omnes efficiuntur, excepta interim beata & immaculata virginе Maria Deigenitrice, quā, ubi de peccato originali à Patribus agitur, non est existimandum ab eis comprehendendi.

Ephes. 2.a

De remedio originalis peccati.

2.Tim 2.b
Rom.5.b
1.Cor. 1.d

Peccatum hoc originis, quod inest unicuique proprium, ut diximus, neque per humanæ naturæ vires, neq; per aliud remediu tollitur, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo;

suo, factus nobis iustitia, sanctificatio & redemptio. huius verò meritum per Baptismi Sacramētum in forma Ecclesiæ rite collatum, tam adultis quam paruulis applicatur: quia non est aliud nōmen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: Quicūque baptizati estis, Christum induistis.

Acto. 4.e

Ioan. 1.d
Galat. 3.d

Vnde errant grauiter, qui negant paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos esse, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti. Baptizantur certè etiam hi in remissionem peccatorum, ut qui ex Adamo peccatū traxerint originale, quod regenerationis lauacro expiari necesse est ad vitam æternam consequendam, quoniam non aliter intelligendum est: Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt: Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

rom. 5.b

Rom. 5.1-10.2

d. Timo. 3

Ioan. 3.3

De

De reliquijs originalis peccati in
baptizatis.

Preterea confitendum est reatum originalis peccati per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptisitate confertur remitti, & in baptizatis totum id quod verâ & propriam peccati rationem habet, tolli, non radi tantum aut hoc imputari. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est damnationis ijs, qui verè consepulti sunt cum Christo per baptismata mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, & nouum qui secundum Deum creatus est induentes, innocentes, immaculati, puri, invicti, ac Deo dilecti effecti sunt, heredes quidem Dei coheredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Ac interim fateari oportet manere in baptizatis concupiscentiam vel somitem, quæ cum ad agonem relicta sit, nocte non consentientibus, sed viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo qui legitimè certauerit coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

Rom. 8.1. &
6.2Coloss. 3. b
Ephes. 4. a
Rom. 8. c

2. Tit. 2. a

Rom. 7. b

De naturæ & legis ad iustificandos
homines imbecillitate.

VT iam proprius ad iustificationis doctrinam sessus probè & sincere intelligendam accedamus, illud unusquisque agnoscat & fateatur ostportet, quod cū omnes homines in prævaricazione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & (ut Apostolus inquit) natura filij iræ, quemad Ephes. 2.2 modum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo serui erant peccati, & sub potestate Diaboli ac mortis, ut non modò gentes per vim naturæ, sed ne Iudei quidem per ipsam etiam litem ræ legis Moysi inde liberari aut surgere possent: Rom. 6 tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset viribus licet attenuatum & inclinatum.

De dispensatione & Mysterio ad-
uentus Christi.

Quo factum est, ut cælestis pater, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, Christum Iesum filium suum, & ante legem & legis tempore multis sanctis patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit: ut & Iudeos qui sub lege erant, redimeret: & gentes quæ non se stabant iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum perciperent.

Hunc

DE IUSTIFICATIONE

1.Ioan.2.2

Hunc proposui Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

VII.

Qui per Christum iustificantur?

2.Cor. 5. c

Verum & si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficiū recipiūt, sed iij duntur, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut re vera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti: cùm ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificantur, cùm ea renascentia per meritum passionis eius gratia qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sororis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, trāstulitq; in regnum dilectionis sue in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

Coloss.1.b

VIII.

Descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu gratiæ.

Quibuscum verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, ut si translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ in statum gratiae

tie ex adoptionis filiorum Dei per secundum Adam
Iesum Christum saluatorem nostrum. Quae qui-
dem translatio post Euangelium promulgatum,
sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non
potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fu-* Ioann. 3.6
rit ex aqua & Spiritu sancto, non potest in- b. 2. cap. 11
troire in regnum Dei.

IX.

De necessitate præparationis ad iustificatio-
nem in adultis, & vnde illa sit.

PRæterea ipsius iustificationis exordium in adul-
tis à Dei per Christum Iesum præueniente gra-
tia sumendum est, hoc est, ab eius vocatione, qua
nullis eorum existentibus meritis, vocantur: ut
qui per peccata à Deo auersi erant, per eius exci-
tantem atque adiuuantem gratiam, ad conuerten-
dum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem
gratiæ libere assentiendo ex cooperando, disponan-
tur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus
sancti illuminationē, neque homo ipse nihil omni-
nō agat, inspirationem illam recipiens, quippe quā
illam ex abiicere potest, neque tamen sine gratia
Dei mouere sed ad iustitiam coram illo libera sua
volūtate possit. Vnde in sacris literis cum dicitur,
Conuertimini ad me, & ego conuertar ad Zachat. 1.1
vos: libertatis nostræ admonemur. Cum responde-
mus: Conuertere nos Domine ad te, & conuer- Thren. 5. d.
temur: Dei nos gratia præueniri confitemur.

R. Modus

Modus præparationis ad iustifica-
tionem quis?

Roma 3.d **D**isponuntur autem ad ipsam iustitiā, dum ex
citati diuina gratia & adiuti, fidem ex audi-
tu concipientes, liberè mouentur in Deum, creden-
tes vera esse, quæ diuinitus reuelata & promissa
sunt: atque illud in primis, à Deo iustificari impiū
per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in
Christo Iesu: & dum peccatores se esse intelligen-
tes, à diuinæ iustitiae timore, quo utiliter cōcūtiun-
tur, ad considerandam Dei misericordiam se con-
uertendo in spem eriguntur, fidentes Deum sibi
propter Christum propitium fore: illumq; tanquā
omnis iustitiae fontem diligere incipiunt: ac pro-
pterea mouentur aduersus peccata per odium ali-
quod & detestationem, hoc est, per eam poeniten-
tiam, quam ante Baptismum agi oportet: denique
dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare
nouam vitam & seruare diuina mandata. De hac
Heb.ii. b dispositione scriptum est, Accedente ad Deum
oportet credere quia est, & quod inquirenti
bus se remunerat sit. Et, Confide fili, re-
mittuntur tibi peccata tua. Et, Timor Domi-
Matth 9.2 ni expellit peccatum. Et, Poenitētiam Agite,
Eccles.1.a & baptizetur unusquisque vestrum in nomi-
Actor.1. f ne Iesu Christi in remissionem peccatorum
vestrorum, & accipietis donum Spiritus san-
cti

Et. Euntes ergo docete omnes gentes. ^{ba} Matth. 28. d
ptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti, docentes eos seruare quæcun-
que mandaui vobis. Denique, Præparate cor-^{i.} Regū. 7. a
da vestra Domino.

Quid sit iustificatio impij, & quæ
eius causæ?

HAec dispositionem seu præparationem iusti-
ficationis ipsa consequitur, quæ nō est sola pec-
tatorum remissio, sed & sanctificatio, & renova-
tio interioris hominis per voluntariam susceptio-
nem gratiae et donorum: ^{Tit. 3. b} vide homo ex iniusto fit
iustus, & ex inimico amicus, ut sit hæres secun-
dum spem vitæ æternæ.

Huius iustificationis causæ sunt: Finalis quidē,
gloria Dei & Christi ac vita æterna: Efficiens
verō, misericors Deus qui gratuitò ablnit &
sanctificat, signans & vrgens Spiritu promissio-
nis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: Me-
ritoria autem, dilectissimus unigenitus suus Do-
minus noster Iesus Christus, qui cùm essemus ini-
mici, propter nimiam charitatem qua dilexit nos,
sua sanctissima passione in ligno crucis nobis ius-
tificationem meruit, & pro nobis Deo patris fa-
tis fecit: Instrumentalis item, Sacramentum Ba-
ptismi, quod est Sacramentum fidei, sine qua nullè
unquam contigit iustificatio: denique unica For-

DE IUSTIFICATIONE.

- Ephes. 4. a malis causa est iustitia Dei, non quia ipse iustus est, sed quia nos iustos facit: qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, et non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, et sumus, iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriæ cuiusque dispositionem et cooperationem. Quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamē in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui inseritur, fidem, spem et Charitatē. Nam fides nisi ad eam spes accedat et charitas, neque unit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam et otiosam esse: et in Christo Iesu neque circuncisionem aliquid valere, neque præputium: sed fidem, quæ per charitatē operatur. Hæc fidē ante Baptismi Sacramentū ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petūt, cum petunt fidem, vitam æternā praestantē: quā sine spe et charitate fides praestare non potest, Vnde et statim verbum Christi audiunt:
- Roma. 5. 2
- Iacob. 2. d
- Galat. 5. 2

Si

Si vis ad vitā ingredi, serua mādata. Itaq; vee Matth. 19. e
 rā & Christianā iustitiā accipientes, eā ceu pri
 mā stolā, pro illa quā Adā pro inobedietia sibi &
 nobis perdidit, per Christū Iesum illis donatā, cā
 didā & immaoulatam iubentur statim renati con
 seruare, ut eā perferāt ante tribunal Domini no
 stri Iesu Christi, & habeant vitam ēternā.

XII.

Quomodo intelligatur impium per fidem,
 & gratis iustificari.

CV M verò Apostolus dicit, iustificari homiⁿ Roma.3.2
 nem per fidem & gratis, ea verba in eo sen
 su intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Ca
 tholicæ consensus tenuit & expreſſit: vt scilicet
 per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est
 humanæ salutis initium, fundementum & radix
 omnis iustificationis: sine qua impossibile est place Hebr.ii.b
 re Deo, & ad filiorum eius confortiū peruenire:
 gratis autem iustificari ideo, quia nihil eorū que
 iustificationē præcedūt, siue fides, siue opera, ip
 sam iustificatiōis gratiā promeretur. Si enim gra
 tia est, iam nō ex operibus: alioquin: vt idem Apo Roma.ii.2
 stolus inquit, gratia iam non est gratia.

XIII.

Contra inanem hæreticorum
 fiduciam.

Quoniam autem necessariū sit credere, neque
 remitti, neque remissa unquā fuisse pec
